JOH. FRANCISCI PICI MIRANDULÆ Domini Concordiæque Comitis

STRIX
Sive
DE LUDIFICATIONE DAEMONUM DIALOGI TRES,

Nunc primùm in Germania eruti
ex bibliotheca
M. MARTINI VVEINRICHII

Cum ejusdem Præfatione luculenta, continente narrationem duorum operum magicorum & judicii de iis lati, ut verißimam, ita cognitione dignißimam.

itemque Epistola
AD CL. MEDICUM ET PHILOSOPHUM
D. Andream Libavium, de quæstione, Utrum in non maritatis & castis mola possit gigni?

Et post mortem ejus editi
Studio & operâ,
CAROLI VVEINRICHII, F.

ARGENTORATI.
Venundantur apud Paulum Ledertz.
M. DC. XII.

~~7440 P 394~~
A. 6135

CORNELL UNIVERSITY.
The
President White
Library
RECEIVED 1891.

D5

ILLUSTRISSIMO ET CELSISSIMO PRINcipi ac Domino

DN. HENRICO VVENCESLAO

DUCI MONSTERBERgenſium, in Sileſia Olſnenſium, Comiti Glacenſium, Domino Sternbergenſium. &c.

Domino meo Clementiſſimo

SAPIEN-

SAPIENTISSIMO cuiq;, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, ita semper placuit: Studium quidem discendi infinitum esse, in tanta præsertim rerum cognoscendarum tum varietate, tum obscuritate, ita tamen esse discendum, ut si quid nacti simus, ad vitam transferamus doctrinam, & ab aliqua parte facto initio ad aliorum commoditates & emolumenta deducamus: nec præsentibus solúm, & cum quibus vivimus, verùm absentibus etiam & posteris prosimus. Eadem mens, idemq; animus fuit Parenti, heû quondam, meo, MARTINO VVEINRICHIO Philosopho & Medico, dum superioribus annis, nõ aliquâ pravâ ambitionis glorięvè affectione captus, aut nimio amore meditationum quasi foetuum suorũ, aut tanquam ad pugnam cõtradicendo aliorum opinionibus, in quo uno nonnul-

nonnullorum deliciæ positæ sunt, exiturus, hoc unicè egit, ut, si posset, rerum cognitionem nullius propriam, omnibus communem, aliqua accessione ampliare conaretur, ita tamen, ut suæ imbecillitatis sibi conscius, ea tẽtaret initiò, in quibus diligentiâ potius, quàm ingenio & acumine opus esset, ederetque in lucem eorum inventa & opera, qui res utiles imprimis & necessarias optimâ viâ, & ad discẽdum commodissimâ nobis tradidissent: deditque in lucem primùm magni illius Joh. Baptistæ Montani Itali, universam propè Medicinam, è variis ejus libris justo ordine comprehensam: pauloque pòst nobilissima ejus Problemata subsecuta sunt. Excitarunt autem ipsum tot Auctorum diligentissimi commentarii, & observationes & collectanea, ut de suo etiam sensu, propriisq; viribus aliquid peri-

clitaretur, confecitque eum, qui est de ORTU MONSTRORUM cõmentarium, plerisque maximis viris non ingratũ, ut iis ex testimoniis, quibus Amplissimi Excellentissimique Viri JOH. MATTHÆUS VVACKERIUS S. Cæs. Majest. Consiliarius, D. JOACHIMUS CAMERARIUS, PHILIPPUS SCHERBIUS, & alii plurimi, inprimisque magnus ille LIBAVIUS summus Medicus & Philosophus, eum laborem ornarunt, potest colligi: etsi sunt nonnulla in eo opere (quod fuit incipientis propemodum & tentantis has primum literas juvenilis labor) quæ mutata voluit: sed non placuerunt ipsi editiones fictæ & refictæ toties, ut aliquantò pòst nesciatur, quæ prior, quæ posterior, & quæ ipsius auctoris sententia, quâ standum sit.

Et quia rerum naturalium cõtemplatione mirificè delectabatur, scripsit de-

pſit deinceps cõmentariolos de *Inũdationum in natura Cauſis*, & de *Terræ Motu*: item de *Peſte & Fulminibus*, qui tamen duo poſteriores lucem nõdum aſpexerunt. Hi verò tres de *Ludificatione Dæmonum* ſcriptoris Clariſſimi Dialogi, quos niſi fallor, à magnifico Dn. CRATONE, cui fuit familiariſſimus, accepit, per aliquod temporis ſpacium apud ipſum latuerunt, fortè ne videretur gloriam aliquam ex alienis laboribus aucupari velle, imò ne poſſe quidem. Nam qui levem aurulam favoremq́; viventium laborum ſuorum præmium ſibi habent propoſitũ, facilè illi ſpe ſua decidunt, ita incerta eſt fama, ita lubrica, inconſtans, addo & ingrata, ut benè meritis nõ cõtingat, faveatq́; ſæpiº indigniſſimis. Sed valuerunt tandem & evaluerunt Virorum Clariſs. monita, ut in lucem eos emittere ipſi animus eſſet,

ita

ita tamen, ut de ſuo etiam aliquid adderet, recenſeretq; opera aliquot magica, cum Judicio de iis lato, ut veriſſima, ita cognitione digniſsima. Quod tamen dum agit, ecce præceps nimis & immatura fati inclementia filum abrumpere, & ſtylum deponere jubet. Ego verò eorundem Virorum Clariſſimorum hortatu inſtigatus, nihil mihi prius aut antiquius faciendum eſſe putavi, quàm parentis mei voluntatem tanquam legem exequi: id quod non jura ſaltem, ſed naturalis inſuper ſuadet ratio.

Quando verò de more jam recepto Patronus illis parandus fuit, in cujus tutelam committerentur, cur Tibi, ILLUSTRISSIME PRINECPS, eos vovere & dedicare voluerim, ſive conſuetudinem ſequendam arbitrarer, ſive rationem aliquam peculiarem, facilè reperiebam. Etenim ante oculos mihi obverſa-

obverſabatur ILLUSTRISSIMA CELSITUDO TUA, cui Illuſtriſſimi nominis honori, id à me inprimis omni jure ſuo deberetur: deinde & quæ eas partes tueri poſſet ob auctoritatem, & libentius eſſet id factura: eumq; mihi ſenſum multa ſuggerebant: præcipuè verò ingenii virtutisq; indoles, amor erga literas & literatos incredibilis: utraque non arte quæſita, ſed domi, ut ſic dixerim, nata, & cum lacte materno hauſta, vel per canalem hereditarium in Te derivata. Nam quis noſtrorũ hominum vel etiam exterorum ILLUSTRISSIMÆ familię veſtrę nomen non novit? quis non pariter ſuſpicit ac veneratur? Cui verò obſcurum eſſe poteſt, in ea familia non paucos vivos ac mortuos ſcriptis celebrari? memoriam omni honorum genere coli, & immortalitati monumentis æternis conſecrari? ita ſunt merita ejus con-

 ſpicua,

ſpicua, favor in literatos incredibilis fama celeberrima. Nihil hoc loco dico de Illuſtriſsimis majoribus C. T. quorum ut merita, ita memoria in annalibus, imò in animis omnium ita inſcripta eſt, ut nulla eam deletura ſit oblivio. Sed de C. T. & Patriæ Parente, Illuſtriſs. & Auguſtiſsimo Principe CAROLO Præfecto inclyto totiꝰ Sileſiæ multa poſsẽ veriſsimè prædicare: hoc quod dico in ore omnium eſt: totius ipſum Sileſiæ lumẽ, ac veluti Solem quendam eſſe, qui reliquos Principes in eadem tanquam lucidiſsimas ſtellas ducat: qui, ſi quisquam alius, rectiſsimè gloriari poteſt, ſe in cujusvis ſubditi ſinu omni tempore & loco quietiſsimè placidiſsimeque ſomnum capere poſſe, ita ſingularis virtus, & clementia rara non modò admirabilem, ſed planè venerabilem ipſum reddidêre. Eſt certè Illuſtriſs.

riſſ. illius Celſitudinis planè perpetuum, etiam leviter rogantibus adeſſe, nõ avertere vultũ, non occupationes ſimulare, aut aliorum neceſsitates eludere: Sed magnificentiâ prorſus regiâ, non ad favorem & paucorum dierum fabulas, ſed ad commoda privatorum, re, conſilio, operâ, liberaliſsimaqúe voluntate plurimis ſuccurere. Hæc adulationem nullam habent, cum quid fiat ante oculos omniũ ſit, & audiantur bonorum acclamationes omnibus in locis, qui ipſius conſilio patriam quàm feliciſsimè (utinam diutiſsimè!) regi poſſe rectè judicant, &*hac nive ſolutâ multum luti fore* certò ſibi perſuadent. Verum de C. T. quid dicam aliud, niſi æmulam eſſe, vel potius paternarum virtutum illuſtre quoddam ſpeculum! Tanta n. & tam admirabilis in eâ clementia non modò erga ſuperiorum ſed etiam inferiorũ

feriorum ordinum homines, ut procul dubio cum Tito Veſpaſiano *piaculum eſſe judicet, à facie Principis quemquam ſecedere triſtem.* In literas verò ſtudium, & literatos ſingularem favorem probant plurima, illud imprimis, quod plerasqúe Germaniæ literarum officinas publicas, quas Academias vocant, perluſtraverit, & in iis oratione diſertâ, ingenio ſolerti omnium oculos & animos in ſe converterit, ipſamq; paulò pòſt columnã fore patriæ firmiſſimã, coronam virtutum omnium fulgentiſſimã oſtenderit: in qua, ut verbo dicam, cum Illuſtri ſtemmate pietas, cum doctrina virtus, cum gravitate clementia, cum auguſtiſsima dignitate ipſa certat humanitas. Quia igitur majori in precio habentur libri, in quorum fronte magnorum Principum quaſi DEORUM nomina leguntur: nõ potui non opuſcu-

ſculum hoc pro ſummo C. T. erga literas favore, & admirabili clementia, quâ erga me etiam, licet indignũ, aliquoties uſa eſt, C. T. inſinuare, non quòd nemini obtrudi poſſit, ſed quia nemini magis volo ac debeo. Accipe igitur, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, hoc ex cenſu literario depromptum munus, nec ingratum eſſe patere, (ἄλλο γὰρ ὀδὲν ἔχω, quomodo antiqui puſilla munuſcula Diis ſuis cõſecrabant) & meum in editione & dedicatione affectum, ſi id meretur, proba: & ſi res exiget, auctoritate tuâ defende. Dab. Argentorati ex ædibus Dn. M. Iſaaci Malleoli Profeſſoris ibidem & Mathematici Clariſsimi, Cal. Jan. Anno poſt mille ſexcentos duodecimo, cujus exordium imò etiam exodium habe feliciſsimum.

Illuſtr. Celſ. T.

Subjectiſs.

Carolus VVeinrichius Vratisl.

AD LECTOREM animæquum.

Erumpit nunc posthuma, amice Lector, Joh. Fr. Pici Comitis eruditionis admirabilis & ingenii rari scintilla, hactenus nõdum visa: innati enim pudoris & modestiæ, ut ita dicam, liquor multoties restinxit, videlicet, ne ambitionis notam Patrono inueret: sed eam tandem, præter amicorum monita, Authoris hujus summa & amplißima dignitas, ac materiæ de LUDIFICATIONE DÆMONUM *præstantia quasi ventulo quodam & fortiori aurâ resuscitarunt. Quis enim non famam saltem sed scripta etiam Illustris hujus Comitis suspicit pariter ac veneratur? bardus certè, imò lapis sit necesse est, quem nõ moveat aut excitet ingenij ipsius splẽdor, qui quàm latè & amplè suos emiserit radi-*

os

Per

Per mare velivolum, terras, cœlum q; profundũ

norunt omnes, nisi in re literaria planè hospes aut ignarus. Materia verò ipsa, quàm sit difficilis, obscura, ponderosa quis dubitat? Sudarunt multi in ea cum laude, & ex recentioribus quidẽ, quos novi, præclarissimus Bodinus, Lambertus Danæus, Martinus Delrio, Joh. Vuierus, Petrus Loyer, Lavaterus, aliiq; plurimi, quorum omnium nomen apud literatos immortale est. Hos verò Dialogos omissis aliis, ita mirificè commendare solitus est, magnus ille & verè Illustris DN. ANDREAS DUDITIVS per multos annos Orator & Consiliarius Cæsareus, Vir incomparabilis, ut hujus unius auctoritas Parenti meo potuerit sufficere, & efficere, ut eos tandem à blattis & tineis liberare, inq; lucem protrahere cuperet, & ô benè si non in aciem. Hoc enim, si unquam, seculum fa-

mæ habet

mæ habet præduncúlos, qui ſi quid improvidè & minus cautè dicatur, excipiant, traducant

Anguſtum per iter luctantes ambitionis,

Reſpondet Criticorum Princeps: Ut flamma fortior non eſt ſine fumo, ita fama clarior ſine livoris nube. Sed quid opus apologia? tu ipſe lege, & judica, qui candidus ac bonus es: malorum enim quis aut mentum aut mentem reſpiciat? Quod ſi tamen non ingratum tibi fore hunc conatum noſtrum recognovero, videbis paulò pòſt de peſte, & fulminibus commentarios, imò & Cratoniana Conſilia poſthuma:

Interim his fruere, benè vale & fave.

PROÆMIUM.

M. MARTINI VVEINRICHI M. C.

QUÆ me res hoc tempore ad tres Illustris illius Franciſci Pici Comitis, de ſtrigibus ſive Dæmonum ludificatione Dialogos in lucem emittendos permoverit, volo initiò breviter cõmemorare, quãdo id ipſum, quod ſum de lemuribus noſtræ provinciæ, noſtriquè ſeculi, certiſſimâ fide deſcripturus, huic ipſi argumento affine inprimis eſt, adeò autem his proximis annis innotuit è literis, famaque publica, nullus ut angulus in Germania, vicinisque regnis ſit, ad quem ejus tàm ſtupendæ rei aliqua ſaltem notitia non pervenerit, & absque hoc, in publicum commodũ facit, de mirificis noſtri illius cõmunis hoſtis inſidiis ſimpliciores moneri, doceri etiã eos, qui cum poteſtate ſunt, quibus modis, quo ve eventu his quidem propè inauditis lemurum inquietiſſimorũ turbis obviatum fuerit, ſimilibusque in caſibus obviari debeat.

Anno á Chriſto nato 1591. die Septembris 20. qui ab orbium cœli & Planetarũ decurſu ob dominiũ Veneri ſacer eſt, in celebri quodam Sileſiæ oppido, manè ſub ipſam auroram civis quidã è ſutorũ tribu in extremis

ædium suarū partibus, quibus erat hortulus adjunctus, nullâ evidente tum quidē causâ impulsus, gulā sibi ipsi præcidit, solutis lisis (sic n. eas venas appellant anatomici) cultro sutorio adacto in eas partes violētius, eoq; ex vulnere effuso sanguine, & spiritu è vestigio obiit. Uxor re animadversâ, & cùm sororib. communicatâ, tam inopinato casu consternata, quoniam insignem infamiæ notam prævideret sibi è tali cæde metuendam, si quid in publicū emanasset, ut speciosè tegeret factum tam nefandum, quantum quidem posset: quærentibus de mortis modo, apoplexiâ maritū obiisse affirmavit: Simulque è vestigio ædes undique pessulis objectis occludunt, quibus id fuit mandatum, nè quis forte irruens, quid ageretur, quidve monstri aleretur persentisceret. Qui proximè vicini erant, vel affinitate juncti, aut aliter ejus vivi familiaritate usi fuerant, viduā salutaturi, ut fit, dolere se de obitu amici prolixè ostendebant, aditumque alloquendi, consolandique causa petebant. Non ferebant hoc sorores viduæ illius, sed nec familia, quod dicerēt, agnoscere se quidem συμπάθειαν, & benevolentiæ gratissimæ studium, sed nunc quidem nec mortuum eorum officia desiderare, nec viduam in illo primo stupore quenquam admittere: si tamen ita videretur, paulò post reverterentur. Inte-

tur. Interea cum de apoplexia in oppido sermo percrebuisset, quò rem omnem minus facerent suspectam, è suis quosdam ad sacrorum templorumq; præsides ablegant, ut locum, & de cætero honorificam sepulturam de more peterent, inprimisq; signum campanarum sacrarum, quò ad solennitates funebres convocari cives solent: Id verò, ab iis, quorum ea cura propria est, quod nihil videretur obstare, maximè cum in multis nummis esse crederetur, facilè impetrarunt. Quòq; omnia cautissimè agerentur, ac ne quid undecunq; de satisfactione divulgaretur, mulierculã precio conducũt, quę cadaver ex vulnere fædatum sanguinolento cruore diligentius mundaret, rimamq; hiantis plagæ obvolutam muniret, ne vel minimum vestigium læsionis appareret. Id postquã executa esset famula, conjunctis operis feretro indunt cadaver, ipsa vero vidua sutoris illius uxor quæ fuerat, decem antè diebus cum enixa nec adhuc domo puerpera egressa esset, ejus loci pastorem acciri jussit, ut in gravissimo casu solatii gratiâ turbatissimæ viduæ adesset: Quod ille vir optimus pro officii sui ratione, & ex humanitatis cõmuni lege, & sympathiâ pietate digna, præsertim cum nihil mali suspicaretur, non gravatim se facturum ostendit: Sistit se igitur & solatur mulierem pro-

lixè, cumque à colloquio receſſurus eſſet, ſorores viduæ quæ aſtabant, rogant theologum, earum rerum omnium ignarum, cadaver ut aſpiciat. Obſequitur ille, & nihil ſubeſſe putat: Cadaver enim ita accuratè omni ex parte linteis obvolutum fuit, nihil vt vſpiam etiã à benè attentó deprehenderetur, & ita poſitum erat loco altiore, ne involucra rugata vel diducta aliquid innuerẽt. Mortuum dixi, die Veneris, tertio ab hoc die, qui erat Dominicus, adhibitis ſolennitatibus omnibus, qualibus honeſtari piorum, & ingenuorum hominum exequias convenit, ſepelitur, & quod ferè ditioribus tantum indulgetur, aut ſaltem ab his ſolis experitur, funebris concio eidem habita, nihilque omiſſum, quod ad honorificam ſepulturam faceret. Nam qui verba faciebat in magna civium frequentia, ita prolixè defunctum commendabat, vt qui omnem vitam ſuam innocenter religoſeque tranſegiſſet: Laudabatur à ſtudio audiendi verbi Dei, à religioſa uſurpatione divinorum myſteriorum, à liberalitate in egenos, virtutibus etiam aliis Chriſtiano homine digniſſimis. Et ſi de illius vitæ ratione cognoſcendum eſſet, non deerant in eam ſententiam univerſorum civium teſtimonia, adeò fuit honeſta de eo viro opinio. Hæc poſtquam ita geſta ſunt, exiſtimaretque ea

familia

familia, rem omnem de nefariæ cædis genere dissimulatum iri, cum cautè esset singula administrata, ja neque sex propè nodum hebdomades ab obitu exactæ essent, Ecce rumor emanat, atrocior quidem, quã cui initiò fides adhiberetur, constantior tamen, quam ut prorsus posset negligi, neque modò in ipso oppido, cujus civis fuerat, sed & in pagis vicinioribus, hominem cum, de quo agimus, suis manibus violentâ morte illatâ interiisse, non apoplexiâ ad alios fallendum excogitata. His sermonibus vel ipso potius officio, & necessitate adductus Senatus illius loci prudentissimus, eos omnes qui mortuo affuissent, ad examen vocat, sine quęstione tamen & equuleo, cogitque ut quid accidisset, quid vè singulis constaret, & vel vidissent, vel audivissent, apertè exponerent. Rem. n. amplius fictam non videri. Etsi autem, ut fit, suspecti titubanter, & nutante prosus oratione ad interrogata responderent, nec unâ sententiâ aut satis constante narrarent, commutatis subinde circumstantiis, atq; ita elabi perplexitate conarentur: tamen multis ab indiciis conjici à prudentiorib. poterat, hominẽ suo ferro occubuisse: Proditũ n. fuerat, eo in loco arcæ, ubi concidisset, plurimum effusi sanguinis conspici: quod tamen indicium ita festivè eludebant, cum is locus lapidib.

esset stratus, correptum apoplexiâ in ipso lapsu ad saxũ paulò acutius illisisse eam partem, vt vulneraretur: Negare autem factum initiò constanter omnes, quorum intererat, quod fingerent verisimile non videri, virum id ætatis, tam pium affinem culpæ esse, facinusque tam immane in se admittere potuisse, itaque magnum in se negotium suscipere, qui accusare auderent. Porrò eũ urgerentur admonitionibus crebrioribus quibus stimuli sauciæ conscientiæ acuuntur, rem tandem confessæ sunt, addentes, ferrum sive subulam in veste ejus latuisse, ita verò summotam ut nemo eam amplius in suam vel aliorum perniciem usurpaturus esset. Se verò cõmitere rem totam senatui, modò daret operam, ne ad condemnandum festinaret, haberetque respectum familiæ, ipsiusque viduæ, & ne quid liberis quos ab eo sustuliisset, infamiæ quippiam afferretur, adjumento autem essent superstitibus, qui extra culpam essent, maximè cùm nondum manifestò constaret, an non vis ei aliundè illata, aut etiam morbo quodam mentis inductus sibi vitam decurtasset: Crescebat interea discurrens totam jam fama per urbem. Itaque Senatus, ut in re gravissima & quod nihil simile post hominum memoriam ibi accidisset, domi, forisque deliberabat, quid facto opus esset.

Quæ

Quæ consilia cum jam non tacita essent, vidua à quibusdam versutis, & malè feriatis & jam conscijs illius facinoris animatur, ut rumoribus sparsis de marito amplius obsistat, & de ea re querelas apud judices instituat, minus verò cadaveris ullam effossionem admitteret, aut ejusdem, in loca infamia translationem, aut saltem maritum pro mago, in quarto, ut ajunt, improbitatis actu proclamari, aut eo, qui seipsum jugularit. Neque enim se dubitare, omnia illa criminationum capita à malevolis, qui sub hac frigida jejunaque calumnia delitescerent, nequiter conficta esse: neque se ullo modo passuram, ut ignominiosius cadaver tractetur, nisi in re tam ardua evidentioribus argumentis ageretur. Quæ mulieris audacia & prope insolens proteruia post facti etiam confessionem, aliquo modo Senatum commoverat. Sed dum hæc utrinque aguntur, ecce Spectrum apparet ea specie, habituq; quò vivus ille utebatur: neque modò in nocturnis umbris, sed luce media. Dormientes alicubi solo aspectu horridiore terruit excitatos plerosq; impetu facto, lacessendo, graviterque premendo multipliciter afflixit, infestavit, exagitavit, adeò, ut cùm illuxisset, multorum in oppido querelæ de superioris noctis molestiis exaudirentur. Quò verò gravius passim tumultuabatur, tanto

minus familiares, & cognati ipsius sibi quiescendum putabant, remque ex sua fide Præsidi Magnifico exponunt, nimium tribui inanissimo rumori, suspicionibus cæcis rem agi, & gravari fidem hominis integerrimi, pleraque malitiosè à suspicioso hominum genere confingi. Itaque & supplicant, vt Præses sua autoritate interposita caveret, ne Senatui esset integrum vel effodere cadaver, vel effossum tractare contumeliosius: Quòque plus ponderis postulationi esset, addebant, se de toto negotio Clementissimum Imperatorem erudituros, ut ex aulæ potius sapientissimæ arbitrio, quam è malevolorum leviſſimis conjecturis decerneretur. Ex eo cum per interdicta res protraheretur, tantæ sunt turbæ tentatæ, nulla ut iis describendis oratio par esse queat. Nam sub ipsum statim solis occasum ad punctum crepusculi affuit Spectrum, ut nemo inoppido esset, qui ad momenta singula non circumspiceret, & sibi, suisque à larva illa metueret, adeò à vexationibus nemo fuit immunis, ii inprimis, qui diurnis laboribus fatigati, quietem sibi expetebant. Interdum idolum illud ad spondam astitit tantum, modò in medios lectos se conjecit, lateribus decumbentium adhæsit, & suffocationis conatum miserrimè exagitavit, adeòque violenter pressit ephialtes iste, ut mà-

nè certis

nè certis in partibus lividæ maculæ satis amplæ (quales è vehementioribus plagis excusso è venis sanguine solēt efflorescere) & quod mireris, ipsa veluti digitorum impressorum fortius vestigia tot horarū interjecto intervallo conspicerentur, ut inde violentiæ argumentum posses capere. Hinc vulgo tanta trepidatio, inprimisque imbecillioris animi hominibus injecta fuit, ut ædes suas deserere, & tutiora loca quærere cogerentur. Plerique cùm in suis cubiculis sustinere se ob periculum non auderent, in cænaculis permansêre, neque tamen soli, sed plures uno in loco, ut vel numerus animum adderet timentibus. Sed quamvis sic etiam lucernæ adhiberentur, vigilantibus omnibus, tamen affuit turbator, & interdum ab omnibus, nonnunquam à paucis conspectus fuit, & ex his semper aliqui gravissimè impetiti. Cùm verò crescceret indies popularis vox, quam vix errare posse scribit Jurisconsultus, neque quam viginti homines, quos ad rumorem comprobandum plurimum valere creditur, confirmarent, sed universi jam idem dicerent, tandem censuit Magistratus, aliquid ad averruncandum Dæmonem tentandum esse. Jacuerat cadaver in octavum propè mensem in sepulchro à 22. Septembris Anni 1591. ad XVIII. usq; Aprilis anni sequentis, cum

Magnifico præside consentiente & jubente circa vesperam hora prima noctis, sepulchrum apertum fuit, astāte ejus loci Senatu, Scabinis, cæterisque quorum opera utuntur judices, adhibitis, maioris fidei gratiâ: Patefacto tumulo ecce cadaver se obtulit integrum, nulla sui parte putridum, sed tumidum, inflatumque tympani modo, nihilominus constantibus partibus omnibus & illæsis articulis, suoque nexu colligatis: Verum quod mireris, non ut in naturaliter mortuis obriguerāt, sed si quis tentaret, ad motum proni & flexiles, In pedibus priores cutis abscesserat quasi flaccida, in cuius locum altèra renata mundior vegetiorque succreverat. Et qa signati ferè magi esse solēt plerique, quamvis id in abdito plerumque loco, ut retegi non facile queat: hic quoq; in pollice dextri pedis excrescentiam quandam, rosæ imaginem representantem, habuit, quicquid is character notaret. Nullus ibi fœtor gravior animadversus, nisi quod lintea, quibus involutum erat, situm olebant: Vulnus in gutture hians sine putredine rubescebat, nec quicquam quod fieri in aliis solet, aut corruptum aut sanioſum. Exemptum cadaver à 18. Aprilis ad 24. diem ejusdem mensis asservatum fuit in feretro, adhibitis custodibus perpetuis, diurno nocturnoque tempore, nisi quod interdiu libero

bero aeri exponebatur, circa solis occasum referebatur sub tectum vicinũ. Licebat autem cupientibus spectandi gratiâ propius accedere, neque ulla dies erat, qua non modò cives, sed & è vicinis locis plurimi nõ accurrerent. Verùm enimvero nihil hac effossione profectum est, turbæ eædem continuatæ à spectro obambulante quas tamen sic se sedare posse sperabant, si à carnifice in locum infamem ad ipsam nimirum crucem sepeliretur. Hoc quoque remedium frustra tentatum, eadem tragædia repetita, & majore omninò cum periculo quam quisquam exponere verbis possit: Quid agerent? Cum intolerandum in modum fureret spectrum, neq; civium modò plerosque, sed suam quondam familiam impetuosius invaderet, graviusque impeteret, ipsa tandem vidua Senatum adiit, ostenditque, nil se amplius obstare, quò minus ex stricto jure in maritum agatur. Ergo judices ad diem 7. Mai Anno 1592. per carnificem è sepulchro altero hominẽ effodi iusserũt. Quid singulare obseruatum fuerit, in cadavere eo, dicam. A sepultura altera, dies abierant aliquot à 24. inquam Aprilis ad 7. Mai, ab eo verò tempore manifesta prorsus ad sensum accessione musculosæ carnis insigniter auctum fuit cadaver ut ab intuentibus collatione factâ superioris temporis

major

major molis amplitudo judicari posset. Ibi igitur adacto ferro caput primum à cervico revulsum, mox & artus & manus atque pedes. Tandem aperto dorso cor exemptum integrum, & illæsum erat, quale in recens mactatis vitulis. Quod reliquum erat, in pyram constructam imponitur, satis grandem & altam, supernè multis tædis impositis ad septem orgyas in altitudine, atque in ea struc exustus est: Ne vero vel cineres, vel ossium particulæ inde à quoquam curiosius colligerentur, aut in usum aliquem improbum asservarentur, quod facere in talibus casibus nonnulli consueverūt, adhibiti aliquot custodes, qui nec noctu neque diurno tempore, quemq; proprius admitterent. Manè consumtâ pyrâ, unâ cū cadanere undiq; cineres cōgesti, & quales quales erant, cum ipsis favillis in saccos inditi, mox in profluentem immissi sunt, quo facto, annuente divina gratiâ, spectrum illud evanuit imposterū, nec à quoquam visum est amplius.

Atq; hęc est prior historia novi lemuris, quæ ut valdè mira, ita propè incredibilis videri posset, nisi toti nobilissimæ nostræ Silesiorum provinciæ, ita tota ea res cognita esset, ut dubitationi omnis probabilis ratio præcidatur. Et vivunt etiam nunc, qui non audiverunt, legerunt, sed

viderunt

viderunt ipsi phantasma, & quibus cum larva illa sæpius congressa est.

Sed hujus furoris manici qui nostros populares hactenus vexavit, aliud etiã exemplum àtrocius, cognatum tamen superiori, æquè certâ fide exponam⁹. Johannes Cuntius civis fuit oppidi Pentsch, patriam habuit Pagum Lichten appellatum, in ducatu legerdorfensi. Is in ejus oppiduli senatorium ordinem cooptatus ita benè multis annis ei muneri præfuit, ut Consulis etiam locum aliquoties obierit, vir maturæ jam ætatis & propè sexagenarius. Ejus porrò vitæ ratio ejusmodi planè fuit, ut neque cives, neque exteri, non in privatis modò negotiis, sed ad rempubl. etiam attinentibus, quicquam in eo culparent, adeò fama integra viro, nisi quod ab obitu vulgo nonnulla spargebantur, quorum nihil vivo objici à quoquam potuit: Hoc verò de eo illius loci Theologus ex intimo animi sui sensu professus est, hominem & sacris concionibus frequenter interfuisse, usumque religiosè Sacramentis, nisi quod à primo ingressu in subsellia Senatorib. destinata, sterrere illicò fuerit solitus ab exordio concionũ, ad finẽ usq;, ut inde non obscurũ argumentũ capi posset, quo animi motu affectuq; sacris interfuisset: Hic igitur fortè ad Prætorẽ oppidi accersitur, unà cũ cæteris Senatoribus

natorib. in controversia attinente aurigas nonnullos, & mercatorē Pannonicū, ut utrinque causâ cognitâ res ad aulam devolueretur. Ibi cum pars utraque audita esset, & quæ videbantur caput causæ attingere diligenter consignata essent: invitatur ad cænulam, quam interea uxor Prætoris instruxerat, cumq; hic domū eundi necessitatem sibi afferri ostendisset, invitatur amplius ab hospita, uti cæteris ipse nō gravatim adesset. Cuntius expediri à se prius quædā oportere prætēdit, daturū verò operā ut se exolvere posset, addita hac sententiâ. Vivendū esse hilariter, dum liceat, molestiarum sat magnam indies sementem esse. Alebat is domi suæ equos præstantes quinque, ex his domum reversus, cum equū, quem cæteris ob generositatem præferebat, produci è stabulo jubet, ibiq; ante ostium ad vicinam columnam alligat, ut soleæ ferreæ, quæ solutiores viderentur, arctius applicarentur. Id dum moliuntur, herus & quem secū habebat, famulus & pedem equi ad operas adhibent, ille velut irritatus recalcitrat, & grandem plagam famulō, graviorem hero impingit, qui ex ea ilico concidit, ex altera parte minister. Qui proximè vicinus erat, sublevat lapsos & in ædes deducit. Ibi herus: O quantopere, inquit, uror miser, & æstuo totus, idque geminavit

aliquoties

aliquoties eodem verborum tenore obſervato. Interea plures accurrunt, ut fit, adornanturlecti ſubjecto ſtramine: Æger verò repetita priore exclamatione de ardore jam prorſus intolerabili, iterum atq; iterum conqueritur, locum affectum in tanta non virorum ſolum, ſed fœminarum frequentiâ propter verecundiam neque nominare, neque indicatione aliqua deſignare audebat: Remotis autem mulierculis, cum eſſent pudenda diligentius conſiderata, quod diceret ibi ſe læſum eſſe, ne minimum quidem ullius plagæ veſtigium apparuit, & tamen de dolore earum partium miræ hominis querelæ audiebantur. Accedit ad decumbentem filiolus, quem ex tertia uxore ſuſceperat, hunc ægerille intuitus, Tui, inquit, mi fili planè me miſeret, quàm vellem tua ſolius causâ diutius paulò vitam mihi prorogari. Et quod morituri facere conſueverunt eum filium uni è ſenatoribus, qui tum fortè aderat, & baptiſmo pueri teſtis aſtiterat, diligenter commendat, ut ejus rationem ſe mortuo haberet. Aſſenſus eſt ille, gratificaturum ſe amico, in bona tamen ſpe eſſe oſtendit, vivere poſſe diutius, Deo clementiſſimè hoc, quicquid eſſet infortunii, avertente. Ibi Cuntius: Vtinam, inquit, Deus mihi etiam peccata admiſſa per & propter filium ſuum remitteret, ſicut vobis

remittit,

remittit, pro quorum salute non dubitavit mori. Tum qui proximè astabat ex amicis, ita eum compellavit: Atqui, ô Cunti, tuâ quoque causâ & ut te, tuamque animam servaret, idem suũ sanguinẽ precioſum in cruce effudit. Nequaquã verò inquit Cuntius. Mihi enim divina gratia non patet, nec flagitia à me graviſſima admiſſa unquam condonabuntur. Id cùm ex aſtantibus mulieribus una cordatior audiſſet, monere cœpit amicos, cogitarent maturè de theologo advocando, qui hominẽ conſolaretur, quẽ tantopere trepidare videbant, vel ſaltem non deſperare. Sed non diſsimulavit Cuntius, id ſibi valdè eſſe adverſum, itaque dum alius aliud agit, in communi occupatione, omnis mentio de ſacerdote advocando conquieſcit. Plerique ex iis, qui præſentes erant, nihil ſiniſtri ſuſpicabantur. Aſtabat ei inter cæteras fæmina quædam, quam ipſam etiam, teſtem baptiſmi liberorum ſuorum adhibuerat, ea cum adeò malè affectum & animo & corpore animadverteret, in genua procũbens, breviter eſt Cuntium conſolata, cumq; ſæpius hujus formulæ verba repeteret, æger ille: Utinam Deus mihi eſſet propitius! ſic eſt illum affata. Ita ſtatue, ô compater, & quidem indubitanter, Deum illũ noſtrũ planè miſericordem eſſe: Chriſtum verò ita ſatis

feciſſe

feciſſe pro nòſtris peccatis omnibus, ut propter perfectiſſimum ſuum meritum tibi quoq; certò ſit remiſſurus peccata tua, etſi tantus eſſet illorũ numerus, quantus arenularũ in mari, quemadmodũ & publicæ homiliæ ſacræ, & hymni vulgares tibi notiſſimi, nos luculentur erudiũt. Ibi ille: Quicqd dixeris, hoc ſcio, Deum nequaquam mihi peccata mea condonaturum, imò æquari, conferriq; omniũ ſcelera vix poſſe cum parva parte meorum: Quid vel quale id fuerit, Deo ſoli, Cuntioque cognitum fuerit neceſſe eſt, etſi vulgò varia ſpargebantur. Qui decumbentis corpus attingebant, eum circa pectus, & artus reliquos totum frigere, nihil caloris uſpiam deprehendi, conſtanter affirmabant. Relatum eſt inter cætera, Cuntium 2. die Febr. in ipſo, ut vocant. Purificationis Divæ Mariæ virginis feſto, quarto die ante acceptam ab equo plagam (quam 6. Februarij ſenſerat) baptiſmo cujusdam infantis aſtitiſſe, cui nomen Mathiæ impoſitum. A' ſacris peractis cum domum revertiſſet, depoſito colobeo ſcorteo; Hic puer, inquit, ultimus erit, cui ego hoc officium præſtiterim: Quæ verba & uxor & familia notarunt & poſtea non diſſimularũnt, hæc ab eo dicta fuiſſe: quo ab indicio ſuſpicatum fuit, non fuiſſe illi ignotam obitus ſui horam, atque ita Dæmoni peculiari

fœdere obstrictũ fuisse, præsertim cum constaret, satis luculentas abeo collectas opes, non ex hereditate, aut rebus adventitiis, cùm paulò antè mercenarius lignator, sive scandularius in sylvis fuisset. Fuêre etiam, qui dicerent, eum unum è filiis suis quandoque vendidisse, etsi cui, & quo tempore non satis constaret. Fuisse autem dicebatur formula pacti ejusmodi, ut eum spiritus malignus destinato temporis articulo tali modo ac ratione avocaret, ne id populus eo autore factum animadverteret. Hæc ut dixi, in vulgo spargebantur, penes quem fides rei esto: ostendi paulò antè, ab equò Cuntium pulsatum graviter circa vespertinum tempus: mox autem evocatus est filius maior natu, ut patrem lethaliter decumbentem inviseret, cumq; de morbo monitus esset, noctu se in pedes conjecit, ut mortem patris anteverteret, id quod & factũ est. Cumq; is adveniisset, pater ordine ei, quid sibi evenisset, exposuit: Filius periculum considerans à latere non abscedit, & tota nocte officii causa ad lectum vigilat, cum quibusdam aliis. Hora erat secunda noctis, cùm qui obire plateas solent, vigiles, signum edunt horæ: id cùm audiret Cuntius, ô quam suaviter, inquit, iste vigil horarũ facit indicium, utinam mihi li ceat, vel ad auroram vivere, quod tamen non contigit. Mortuus enim est

nim est horâ noctis tertiâ: sub id verò tēpus catus quidam ater per feneſtellā amoto unguis peſſulo (non enim patebat) ſubitò ſe immiſit, & ad ſtratum ægri accurrit, unguibusq; adeò lodicem & faciem invaſit, perinde, ac ſi vi hominem loco moturus eſſet, ſed è veſtigio rurſus è conſpectu ſe ſubtraxit, quo facto expiravit. Manè defuncti Cuntii filius major natu, cum cognatis quibuſdam ejus loci paſtorem adit, eumq; edocet, parentem ſuperiore nocte piè defunctum, & cum vivus nō modò civis, ſed & Senator, & Conſul fuiſſet, famæ probatiſſimæ, vitæ innocentiſſimæ, rogare heredes, ut ſolemnibus exequiis uti liceret, & loco aſpectabili ſepeliretur, quod ille facilè ſe admiſſurum oſtendit, ſi Senatus paſſurus eſſet, & ji quibus cura templi & funerum committitur: Nihil renuit Senatus, ſepulchrumque ad aræ partem dextram ei permiſſum, id quod cognati certâ pecuniæ ſummâ redimebant. Vix objerat Cuntius, tempeſtas oborta eſt, inprimisque in ipſa funebri pompa, ventis impetuoſiſſimis omnia turbantibus, admiſta nive copioſa, ita ut à gelu & turbine omnia corpora exhorreſcerent, quâ maculâ ceremonias ibi affecit. Cadavere humato, ſumma ſerenitas ſubſecuta fuit, ſedati motus in aere omnes. Antequā autē cętera cōmemorem, quæ poſt ſepulturā evenerūt, illud

non est hoc loco prætereundum, quod statim ab obitu contigit: Cadaver Cuntii lavandum duab. pauperculis pediſſequis commiſſum fuit, quod dum expediunt, & cadaver in aqualiculum ſive alveum immiſſum tractant, verſant, & complicatas manus in latera reponunt, ecce manus altera reducitur ſponte ſua in eam ventris partem, à qua rejectæ erant, quod animadvertens altera illarum, Vide, inquit, ô mea, rem prodigioſam, aliquid mōſtri ſubſit neceſſe eſt. Sed cautior altera, tace verò, ait, tu, & diſſimula, ne quid periculi nobis creemus, ſi quid nobis narrantibus divulgabitur. Abit dies unus, itemque alter, cum rumores in oppido de eo varii ſparguntur, quod incubus Spiritus quidam, ſive Ephialtes Diabolicus ſub ſpecie Cuntij vicinam quandam fœminam reluctantem invaſerit, compreſſerit, graviterque afflixerit, etiam nondum humato cadavere: A funere verò veniſſe idem ſpectrum ad neſcio quem in cænaculo dormientem, quē excitatum his verbis compellaverit: Vix me contineo, quin ita te affligam, ut ſalvus eſſe non poſsis: Vox ſimilis Cuntij: ſignificatum id uxori ejus, maximè cum vigiles in nocturna cuſtodia obſervaſſe ſe conſtanter dicerent, ſingulis noctibus in ædibus Cuntij tumultus, jactus, caſus audiri

audiri, manè apertas januas reperiri, quæ pridie essent diligentissimè obseratæ: Equos in stabulo mirè inquietari, ac vociferari, perinde ac si ab aliquo gravius pulsarentur, aut mutuis morsibus atque ictibus sese conficerent. Canum in urbe passim latratus prorsus insolitus, nulla quies, alius aliud se, vel audivisse, vel vidisse prædicabat. Hæc etsi ad suspicandum quippiam, non parum faciebant, tamen statui nihil poterat, donec vir probatæ fidei ex evidente indicatione deprehendisset, quid monstri in oppido oberraret. Ejus enim civis famula cum manè ad operas se accingeret, hero narravit, se è somno excitatam audivisse obequitantem quendam circum ædes, inpegisse autem ad parietes tanta vehementia, ut omnia tigna contremuerint, quasi jam jam ruitura, ignibus etiam per fenestras omnes collucentibus: quo spectaculo territam se cum aliis in ipsa trepidatione caput lectis involvisse, ne quid in sensus incurreret. Herus narratione famulæ motus è vestibulo egreditur, circumspicit in partes omnes: In nive verò, quæ ea nocte deciderat, vestigia mira conspicit, sibi planè incognita, quod neque porcorum essent similia, nec canum, nec felium, nec pecorum ullorum, quæ domi alerentur, ita constare nequi-

bat, cujus animalis videri possent. Die 24. Febr. absolutis in templo Catecheticis exercitiis adiit Theologus, minister verbi Dei eo in loco publicus, unum è judicibus urbanis: Eum præter opinionem ægrum offendit, advenientem verò conspicatus his verbis est allocutus: Ego, mi Domine compater, nocte superiore Cuntium in meis ædibus vidi, cùm mecum esset: Obstupescit Theologus, & hominem fixius intuitus, mirari se quidē dixit, sed adduci vix posse, ut id verè factum credat: Alter verò cum sanctè confirmaret, rem se ita habere, rogatur à theologo, vidisset ne hominem ipse: Vidi, inquit, hisce oculis meis circa horam undecimam noctis, quam ex indicatione vigilis observasset: Quòque res certior esset, orationem recitavit, quâ esset à Cuntio hac propemodum formulâ compellatus: Ne metuas, mi compater, nihil tibi à me periculi est, ideò tantum te adij, ut de quibusdam tecum agerem: Reliqui à morte mea filium natu minimum Jacobum, cujus tu in baptismo susceptor fuisti: Est autem apud filium meum natu maximum Stephanum civem Jegerdorfensem cista quædam, in quam reposui florenos quadringentos quinquaginta. Id tibi significo, ut fraudem avertas, ne quid ex ea summa filio meo subtrahatur: Debes verò tu ex officij ratione

filio

filio meo præesse, quod si facere neglexeris, vide, quid de te sit futurum. Notarius is erat reipublicæ: Ubi verò sententiam Cuntij didicisset, obtulissetque ei suam in ea re operam diligentem, evanuit spectrum, & in superiorem contignationem se contulit, in qua inambulabat adeò impetuosè, omnia ut creparent. Inde in stabulum ad vaccas se contulit, quæ ad ejus præsentiam ita tumultuabantur, ac si omnes solutæ essent, & mutuo se proculcarent. Manè omnes alligatæ suo ordine absque ullo læsionis vestigio inventæ sunt. Ædes Notarij vicinæ erant Cuntii ædibus, in quibus singulis noctibus mirum in modum tumultuabatur inquietus Spiritus, adeò, ut tota familia uno in conclavi se conjungere necesse haberet, adhibitis etiam, qui per vices vigilarent. Aderant in eo numero audaculi, & temerarii servuli, qui sese ad vigilias offerebant, potabantque strenuè: Hi cùm idolum adesset, & januas modò aperiret, modó occluderet, nunc ad focum, nunc in cellis esset, sæpè etiam cænaculi, in quo erant illi cum familia, januâ patefactâ introspiceret: ita illum Cuntium audacter alloquebantur: Hîc sis, hîc sis, veterator: Ecce ut providus nunc es œconomus, qui antea ne quidem in ipso meridie tua sat rectè ad-

miniſtraſti, totus avaritiæ deditus: Quid ita nunc adeò ſedulus es in tenebris? Ingredere ſenicule nequam, & nobis propinantibus tibi hauſtum hunc, reſponde. Supra cænaculum ferramenta plurima erant repoſita, nova, & vetera, ea cum adhærentibus cathenis cum ſonitu ingente variè disjecit: Equos verò ita exagitabat, ut eos jugulaturus videretur. Ille verò equus, à quo fuerat ante obitum pulſatus, nunquam vel de die potuit quieſcere & nunquam, quod mireris, quietis cauſa, ut cæteri, ſe in ſolum demiſit, ſemper ſudavit, ſemper tremuit, eumque poſtea carnifex, ut infra dicam, ſuum fecit. Hic eſt nimirum equus ille quintus, ſigillum Dæmonis, & vel Dæmon ipſe, vel ſacramentum ejus, & mancipiũ: Ideoq; ab eo percuti flagitiũ hominis oportuit: in utroque autem & equo & Cuntio idem ſudor frigidus. Itaque quæri poteſt, an non equus hic, perinde ut Cuntii cadaver, igni adjudicari debuerit? Porrò ſub lucernæ tempus noctu nemo ex cænaculo egredi ante auroram audebat, ac ſi fortè ſpectrum in ipſo conclavi eſſet, quamvis oculis non cerneretur, tamen adeſſe ex ſignis conjici poterat, tremen tibus lucernarum fungis & ſcintillantibus, ignis q; colore livido: Eæ lucernæ (quas tres vel quatuor ſimul accendebant) in apice

in apice modicè ardebant, quasi quę jam extinguerentur. Quo signo dormientes excitabantur ab aliis, quoniã in quiescentes irruit, adeoq; compressit ut in syncopen inciderẽt & r creandi essent analepticis, nec tamẽ quicquam conspiciebatur. Etsi autem vigiles proximi essent, & ad latera jacentiũ in stratis, ita ut pedib. se contingerent: tamen Dœmon dormientes invasit, ipsis vigilib. aspectantib. cujus pressionis index erat, si pedes motarent: Quo signo animadverso voce excitabantur è somno, ut fomentis, & remediis recrearentur: Multi è familia ab ea compressione periculosè decubuerunt, & vix restituti sunt. Vidua Cnntii, antequã malum ingravesceret, in lecto geniali decumbens ad latus sibi adiunctam ancillam habebat, ad minuendũ metũ, eo ipso loco, in quo maritus solebat decumbere: Eam ancillã sæpè Cuntius loco cedere jussit, suũ eum esse, sibi soli deberi, ni abesset deinceps, se cervicem ei inversurum. Locum igitur mutat domina, & cum familia in cęnaculo pernoctat, famula verò ita miserè ab eo tractata fuit, ut aliquot horis mortuæ instar prostrata vix animam traheret: Sed cum ab astantibus, frictiones, & alia adhiberentur, oculos diduxit, & herum ad fornacem desidere in longa stola candida, specie vastissimâ clamavit, conantem jam de-

nuò invadere. Nemo verò majorem ejus sævitiam expertus est, quàm vidua, ita, ut ne de die quidem sine comite in conclave aliquod aut cellas se auderet conferre, ubique affuit, conatus etiam vim per coitum inferre: Epotavit lac in vasis collectum, interdum coinquinavit, sordibus immissis, vel succulenta illa massâ sangnivolentâ reddita. Filiolus Cuntij, qui paulò ante patris obitum fari cæperat, cum manè è lecto surrexisset, patrem dixit sibi affuisse: Jussit, inquit, me sese ad sepulchrum sequi, daturum se mihi nummos rubentes. Major natu filius publicam illam famam de furiis paternis experimento suo dubiam facere volens, in id oppidum se contulit, & ingressus in ædes paternas ibi pernoctat, adjuncto sibi servulo, & in eo quidem conclavi in quo aceres asservantur. Vix se ad quietem composuerat, ecce adest dœmonium more suo solito tumultuans, aperit januam, iterumque occludit alternis: Excitatur servus & monetur de precibus contra vim Satanæ.

Alius ex familia auscultaturus quid spectrum noctu moliretur, egreditur ex ædibus, & sub ambulacro subsistit. Huic apparet Cuntius adoriturus hominem: Ille retrocedit, & nactus oportunitatem in ædes patentes insilit, atque in cænaculo se in humum

mum demittit, ſed ſpectrũ hominem invadit, adeoq; ſtrangulat, ut manè in cute expreſſa veſtigia violentiæ apparerent, negabatq;, ſe amplius tam curioſum in irritando monſtro ejusmodi fore. In veſtibulo ædiũ, perinde, ut equus, circumcurſitavit, & ſubſultavit luxuriantium equorum more. Matutino tẽpore à plurib. prætereuntib. eſt cõſpectus, de turbis autem nocturnis in ædib. paſſim vigiles narrabant, quã miras tragędias excitaſſet, ac ſi dæmon ædes è fundamẽto ipſo everſurus eſſet. Columnã, quã vix duo robuſtiſſimi bajuli attentaſſent, è ſolo profundè evulſam aliò tranſtulit. Extra urbem multis occurrit equo tripedi inſidẽs, planè ejus coloris, quẽ equus quintus pulſator habebat. Interdũ ſolitus eſt Cuntius redivivus cũ obviis ſermones cõmutare, de aurigarũ officiis, aut cũ quib. vivo aliquid cõmercii fuiſſet. Viſus diverſis tẽporib. non modò obequitare per vicos oppidi, ſed & per valles, & colles, tàm forti eq; greſſu, ut ex ſubjecto ſolo undiq; ignis emicaret. Accidit quodã die ut famula neſcio quib. in ędib. paulò maturius cubitũ ſe cõferret, herâ abſente, qnæ cũ ſerius revertiſſet, & aliquid cibi præparandũ eſſet, vaſcula quędã ad preſentẽ uſum mundanda fuerãt. Vix à cœna lectũ cõſcenderat hera, adeſt ſpectrũ, & primũ quidem januam in ipſo aditu magno impetu pãdit,

idem

idem facit in cænaculo, in quo cum tumultuaretur furioſè, jamque hera eſſet proſpectura, quid gereretur, aperit cubiculum, aſtat lecto, & brachium mulieris contingit, (affirmaverat autem illa, adeo gelidum illud ſpectrum fuiſſe, ut glaciem ſuperaret) mox ſic eam compellat: Dic mihi cur ſolenni nocte, ipſoque die Jovis, vaſa famulas mundare pateris: Illa verò admodum territa, Quòd hoc tempore, inquit, factum eſt, non admittetur amplius, quo ad vixero: Mox regrediturin cænaculum, & vaſa mundat, affusâ ſubindè inter tergendū aquâ, & paulo poſt evanuit.

Hoc loco illud obiter monendum, montanos homines, ut ferè cæteris ſuperſtitioſiores, & à magia non abhorrentes, illud ſtrictè obſervare, ut ſingulis ſeptimanis triduo, diebus nimirum Lunæ, Jovis & Solis ab omnibus operis domeſticis abſtineant, inprimis autem, ne vaſa, & utenſilia mūdent, quod idem & obſervant duodecim noctibus à feſto nativitatis Chriſti, uſque ad Magorum ſacra: Tum enim ne filū quidem è colo ducunt, adeò ſibi quieſcendum eſſe ob religionem temporis ducunt: Quæ ego idcirco hoc in loco cōmemoro, quod in Cuntii ædibus nulla famularum die Jovi dicata, mundare vaſa audebat, eâ ipsâ operâ in diem ſequentem rejectâ. Habent

hæ

hæ περιστάσεις horum maleficiorum, & tantæ παναργίας, nescio quid occultum, & inexplicabile: vetus est omnium propè seculorum opinio, malignos Dæmones ad stata, definitaque tempora, atque articulos sua maleficia dirigere, quando id jam certò constat, conspici εἴδωλα ἐνεργούμενα ὑπὸ δαιμόνων die noctuque, sed noctu frequentius, & ante intempestam noctem primo somno, itemque diebus certis, Veneris, Saturni, & jejuniorum diebus, quod sic plerique accipiunt, quasi id agat nequam Spiritus, ut hac simulata religione superstitionum chaos in animis hominum cumulet, ac roboret. Fuit sortium maleficarum sua quoque dies, & ex Rabinis constat, Hebræos ita censuisse, Malignis spiritibus divinitus concessam, & prædefinitam facultatem, invadendi, vexandique hominum genus, quartâ septimaque nocte: Quod postquam observatũ fuit, cavere sibi didicerunt timidiusculi, ne quid operis iis diebus conficerent. An hîc, ut in cæteris etiam rebus plerisque, hoc agat ille percussor Angelus, ut divina æmuletur, cum in lege scriptum sit, sacerdotes in sua consecratione die tertio mundari oportere, ut sanctificentur septimo, de quo est in lib. Numerorum, id quidem in præsentia relinquo in medio. Est in Melchiadis historia, eum ita sanxisse, ne dominico, nevè quinto hebdomadæ

madæ die jejunium celebraretur, quod eos dies idolorū cultores quasi sacros agerent, quod tamen ipsum posterius paulatim obsoleverit. Nam quinto sextoque die jejunii rationem initam, quod altero die Judas Christū prodidisset, altero verò fuisset cruci affixus. Superstitiosæ autem observationis diei Jovis fit & mentio apud Horatiū l. 2. Satyrarum, ubi ad Jovem conversa mater pueri in quintum mensem quartanâ laborantis, sic loquitur.

Frigida si puerum quartana reliquerit: illo
Mane die, quo tu indicis jejunia, nudus
In Tyberi stabit.

Is autē dies Jovis fuit, qui non alio, quam suo jejuniū indicit. Habebant igitur gentiles & hunc diē, de quo loquimur & alios atros, puros, non puros, non præliares, nō comitiales, alios in quibus nulli suum repetere liceret: Ægyptii etiam certos dies, quibus si quis ægrotare cæpisset, non convalesceret. Atque ut hanc stolidā impietatem Astrologiæ debemus, ita nunquam sapientissimi probārūt ut ait Cicero: & Augustinus hoc genus superstitionis minimè observandum monuit. Sed redeo ad id, unde paululū digressus sum: Sunt enim multa alia, & planè mirabilia percensenda. Fabri cujusdam filium ita compressit comminutis etiam ossibus in tenero corpusculo, & mollitis prorsus, ut com-

complicari in glomum posset, uti chirothecæ, is postea sepultus est. Idem facere tentavit in cæteris maximo cum parentum luctu: Duo itidem senes ab eo gravissimè strangulati, ilicò suffocatione extincti sunt. Alius quidam seniculus, vesperi precibus suis recitatis, cubitum iturus cum scalas conscenderet, à spectro deturbatus concidit, ex eoque lapsu respirandi facultatem amisit, periturus etiã prorsus, nisi familiares ei maturè affuissent. Recreatus verò dixit, se id uni Cuntio imputare. Puerperis, imprimisque si ubera succulentiora haberent, sæpè molestus fuit, infantes è cunis semovit, vel cunas ita tenuit, ut agitari nullo modo possent. Fæmina quædam infantem benè munitum, & fasciis constrictum ex ipsis cunis sibi abreptum animadvertit, cumq; quæsitura eum è lecto prosiliret, parum abfuit, quin infantem conculcaret. Ad decrepitam vetulam noctu se in lectum conjecit & digito in os inserto vocem intercluſit. Ad aliam cùm accessisset, & post compressionem tentatam secessisset, exclamavit: Abi, & origanum quære. Eam herbam cum collegisset, nihil amplius molestiæ est experta: Nascitur unum ex alio, adeò longa tela est, ideò quædam & alia recenseamus. Famula quædam jussu heræ suæ à Cuntio paululũ hordei mutuata fuerat, cũ pacto de satisfaciendo: sed

id famula

id famula facere neglexerat, ad hanc Cuntius accedens noctu, monet, ut hordeum reddat, quod debeat: Illa territa advocat familiam, venit & ipsa hospita, cui famula rem omnem exponit. Alius vesperi è symposio domum reversus monente uxore, ut se cubitum conferret, paululum commoratus, ingentem audit strepitum ad alteram mensarum concitari. Sed cùm existimaret, aliquem esse ex hospitibus, imperabat, ut tumultuari desisteret, & more hospitum modestè se gereret, sed nihil profecit: Ibi herus assurgens, volo, inquit, experiri qui vir sis, & cum ad Lunæ lucentis radios utcunque conjiceret hominem assidere mensæ, irruit in eum in temulentia audacius, pulsaturus turbatorem. In ipsa plaga offusâ oculis caligine, illidit pugnum muro, adeò graviter, ut pollice uti præ dolore multis diebus nequiret, Spectrum autem ilicò evanuit. Ibi ille, Jàm qui sis, video, cedam tibi ego, & me ad quietem componam. Apparuit idem & alteri fæminæ in lecto decumbenti, eam rogat, ut sui corporis copiam faciat: ibi illa cum respondisset: Noli, mi Cunti, hoc rogare, vides rugas meas, & deformitatem à senio, excitato risu disparuit. Alia matrona jam illucescente die, cum suos ad operas excitaret, & in scalæ gradu extremo consisteret, conspicit eandem laruam, pandentem

ad am-

ad amplexum brachia: Illa consternata, Abi, inquit, Satana, nullum tibi in me imperium: ad clamorem autem accurrente familia, evanuit. Quendam noctu dormientem adortus est Cuntius, & arreptum ejus penē adeò protraxit, ut avulsurus eum videretur. Referam quid in templo acciderit: Ut foraminosa ferè esse solent magorum sepulchra: sic & in nostro hoc idem est observatū. Nam lapis sepulchralis ità loco motus fuit, ut veluti inversus videretur: sub saxo foramina plura erāt, sed anguſtiora, qualia musculorum: præter cætera autem erant tria ampliora, ut baculus benè crassus immitti posset: ita etiam profunda, ut ad loculum ipsum terminatentur: Sublato saxo æquabantur rursus lacunæ omnes ingestâ terrâ. ne quid hiaret, & parte superiore diligenter plantis pedum pressa rursus impositio saxo, Sed die subsequente foramina priora, ut antè, patebant, sparsō hinc inde minuto pulvere, perinde ac si gallinarum essent vestigia. Mappa, quæ altari insternitur, quâ parte inferiore vicina erat sepulchro, sanguineis pallidisque notis, ac maculis mirè fædata fuit: eaque res, ut inaudita, multis è nobilitate, qui eo spectandi gratiâ venerant, monstrata fuit. Lapis sepulchralis sordibus fædatus, incerti tamen animalis. Eadem larva in baptisterio benè

clauſo lavare ſolita eſt, cumque infans eſſet luſtrandus & operculum aufferretur, totus ambitus undis aſperſus erat, guttis ſparſim adhærentibus: Aqua vero talis, ac ſi in ea anſeres laviſſent: Mappa emundata Soli expoſita eſt. In conclavi quodam ædium vicinarum cæmiterio levandæ ſitis gratiâ nonnulli convenerant, qui cum mature in domum ſe conferrent, vetula in idem conclave ingreſſa Cuntium conſpicit in media menſa ſtantem, indutum funebri ſtola, & ſurſum evomentem flammas, & extendentem brachia ad tigna ſuprema. Iudæum, qui in hoſpitium quoddam diverterat, tota nocte affixit, cumq; raptum, nunc in ſublime ſuſtulit, nunc demiſit. Venerat forte in ea loca auriga olim Cuntio notus, eum in ſtabulo adoritur, & igne evomito ad terrorem mordet acriter pedis pollicem, ut exeo morſu claudicaret. In foro ſub ambulacris quidam cubiculum ſuum habebat, jamq; ſe cum uxore cubitum contulerat, huic adeſt mediâ nocte tumultuator, & eam his verbis compellat, ſurge, ô compatriſſa, filia tua Martha in puteum decidit. Evigilat maritus & volentem uxorem ſurgere revocat, quod diceret, eſſe Satanæ ludibria. Cum ſervo quodam pabulum offerente equus diu luctatus eſt, extinctâ priùs lucernâ, ſed cum audacter ille reſiſteret, eum deſeruit, miſſumque fecit. Alium

occu-

occurrentem ad luctam provocavit, cumq; ille Cuntium prosterneret, & manus collo injiceret, ita præmordit ei digitos, ut vix in integrũ restitui possent. Sępe uxores jacẽtes prope maritos validè compressit: Alteram ex duabus mulierculis, quæ cadaver laverant, mirè impetiit, adeò, ut de vita periclitaretur: Frequenter grandes portiones limi in eam conjecit, ut in parietibus vestigia apparerent. Die altero Pentecostes, peregrinus quidam monticulum conscendit, in quo templum est ędificatum, cumque turrim non valde editam intueretur, videt Cuntium è fenestra prospectantem, in quam solares radii immittebantur. Idem observat alius equo insidens; accedunt & mulieres duæ, quæ monstrum benè pingue, capite supra modum vasto conspiciunt. Ibi una ex illis, præ indignatione exęuens, Apage sis, inquit, impurissime Dęmon: Significatur id Pastori: sed is egressus nihil vidit præter figurã longi baculi, in quem evanescens se transformaverat. Conspectus est passim in agris, & campis à prætereuntib⁹ viatoribus. Aliæ mulieres è lino lolium evellentes conspiciunt ante se ingẽti statura hominẽ albicante specie subsultantẽ & salientem: Dum spectaculi finẽ expectant, vident adesse alterũ, & item alterum, ad septimum usq;, qui omnes cursu insequuntur mulieres: sed hæ celerrimâ

fuga ſibi conſulentes in urbem ſe recipiunt & remad Senatum deferunt. Sed nec canibus abſtinuit, quos ſæpè arreptos, vel ſolo, vel pavimento illiſit: Vaccas plenas ſucco evacuavit, ut nihil amplius uberibus ineſſet: caudas earum ſic intorſit, ut in equis fieri conſuevit: Deturbavit è tigni gallinas, pullos devoravit, capras colligatis pedibus in præſepia conjecit, & ſolutas rurſus colligavit nodo alio: Vitulos ita macros reddidit, ut laternis punicis magis eſſent pellucidæ: Equos infinitis modis cruciavit, aliquando equo alligavit ciſtam avenariam, quam is per ſtabulum trahens mirum tumultum concitavit, donec equus eo onere liberaretur. Alterius cujusdã equi plantam poſteriorem una cum ſolea ferrea per corium illud, quod capiti ſecundum aures inducitur, immiſit, ita arctè, ut ex illo nexu pes reduci non poſſet, niſi ſectoloro medio. Longum eſſet dicere, quàm multa fecerit nequiter, & quàm petulanter variis modis multos paſſim ludificarit: Itaq; prætereo volens nonnulla: Addam autẽ pauca, ſed certiſſima. Villicus quidã in vicinia in oppidũ cum veniſſet, pauloq; potaſſet largius, ad Cuntii viduam ſe contulit, ut officii causã ob notitiam ſuperiorum temporum eam viſeret: ſtabat is ad parietem quendam nomine ſuo evocans Cuntium, ut ſe ſibi quoque

que ostenderet: Vix hæc dixerat, & ecce solvitur janua, & in proximè astantem concidit, ut prosterneretur, sed qui eũ evocarat, cum resiliisset maturius, ictũ vix declinavit. Alium qui templo ministrabat, dormientem ita contudit, & pressit, ut expergefactus vires omnes sibi collapsas esse sentiret, nec tamen sciret, unde id malum ortũ videri posset: Dumq; miser hæc secũ tacitus meditatur, redit ille, & apprehensum aliquoties in lecto hàc illàc volvit & revolvit, ne vel digitũ movere posset. Idẽ accidit ejus uxori, quę cũ diu in cænaculo ægra iacuisset, videt idolũ homunculi per fenestrã sese insinuare, atq; ad lectũ procurrere, in quo eã ita miserè torsit, ac si jugulaturus eã esset, liberata autẽ fuit, filiabus accurrentibus. Unũ etiam filiorũ ejus viri ita pressit, ut labia vix diduci possent: Quid multa? Nulla nox fuit, quâ nihil in ædib. Theologi illius loci exaudiretur. Igitur familia uno in cænaculo juncta super stramentis decumbere solebat: Herus ipse cum conjuge in adjuncto proximè cubiculo. Una autem è famulis animosior, cũ se nihil metuere diceret, sola cubitum sine socia abiit: Hanc adoritur Cuntius, & lectos removere, & comprehensam abducere conatur. Sed cum vix se liberasset, & deinceps se familiæ adjunxisset, vidit eundem lucernæ astare, nisi quod initio dubitabat, an quis

ex ſervis eſſet, ſed paulò poſt evanuit. Alia nocte venit in cubiculum ejus Theologi, & inſtar porci deglutiit grana, roſtro ſonitum edente clariſſimum; Cumq; ad clamorem furia non cederet, lucerna admota fuit, & nuſpiam apparuit, rediit autem iterum atq; iterum; aliosq; aliis modis luſit. Multa hîc quoque prætermitto, quia non diſſimilia iis, quæ hactenus recenſui, aut ſaltem non tetriora, lectu certè non admodum ſuavia & propè tædioſa. Ea ſunt in Germanico quodam ſcripto copioſius repoſita, ſed autoris nomen nullum fuit additum, cujuſcunque autem ſit, apparet hominis fuiſſe, & pii, & benè eruditi, & in ipſo eodem periculo conſtituti, quando & ipſe ibi moleſtias ſuas exponit, & aliorum: tantâ autem fide, quantâ hujus ordinis viris meritò adhibenda eſt. Operæ preciũ fuerit ea hîc inſerere, quæ ille vir optimus de ſeipſo refert: octavo die Julii circa veſperam, aſſidebat is uxori, liberisque ſuis, & oblectabat ſe exercitio muſico pro more ſuo: Tum in cænaculo univerſo graviſſimus fætor animadverſus fuit, qui ſeſe paulatim in omnes angulos diffunderet, vir religioſus Deo ſe, ſuosq; pie commendat, oſtendens, agnoſcere ſe immundi ſordidiq; ſpiritus delitias, quas ut aboleret, apparuiſſe Dei Filium: ſed interea auctus eſt ſupra modum graveolens, & peſtilitate quavis nocentior

fætor,

fætor, ut jam ferre nemo posset. Quid facerent? Herus cum suis cubitū se confert, cumque vix quarta horæ parte quievissent, idem fœtor in cubiculo deprehenditur: De qua molestia & fætiditate omnia jam complente, dum maritus & uxor conqueruntur, spectrum adrepit à pariete lecto, pastoriq; afflat auram frigidissimam, tanti fætoris, tantæque malitiæ, ut nulli graveolentiæ in tota rerum natura comparari posset: paulò autem post vir integerrimus ità malè habere cœpit, ut decumberet: Facies ei tota intumuerat, quasi à veneno sumto, venter & ilia inflata, cum gravissimè impeditâ spirandi difficultate, oculorū inflamatione putrida tanta, ut diu oculorū ministerio inoffensè uti nequiret. His de causis omnibus passim omnium ordinū homines, nobiles atq; ignobiles oppidū à lemuribus infame adeò aversabantur, ut nemo amplius diverteret, nemo pernoctaret, ac quamvis sub occasū solis eò advenissent, tamen pleriq; malebant in tenebris iter facere, quā eo loci subsistere, tanta trepidatio erat publica. Ergo incolæ perpetuo illo metu anxii æstuantes dubitatione frequenter conveniebant, consulentes in mediū quid facto esset op⁹, nec verò ji conventus & consiliorū cōmunicationes aut inscio aut improbāte Senatu fiebāt. Vicini omniū propè ordinū homines sympathiâ afficie-

bētur dignâ homine Christiano, offerebant, quę tum consilia sua tum auxilia alia. Post multas deliberationes omniū civiū idem animus, si aliter ista vexatione liberari nequirent, cadavera aliquot proximis mensibus terræ mandata patefactis sepulcris effodere, ut ex apparentibus indiciis patesceret, quo in cadavere Diabolus vires suas, & ἐνέργειαν exercęret, Consignata fuêre nomina, vocati vero ad consilia ii quorum cognatos ea res spectaret: Assensêre plerique vel ideò, quia cognati Cuntii in eos culpam rejiciebant, qui paulò antè defuncti, & recens humati essent. Soluto conventu tertio, aliquot è senioribus populi Theologum ejus oppidi adierunt, ut de tanta re consuleren̄; Ostendebant, quoniam malum indies ingravesceret, nec quies ulla fatigatis esset, constaret etiam multos obiisse, plures lethaliter decumbere, læsos à furia tumultuante, rem vero familiarem plurimorum incolarum minui, cives negligi, nullibi recipi, vel saltem ægrè admitti, non judicari dignos mensâ liberali: his de causis statuisse sese, omnibus consentientibus, rationem aliquam inire, sedandi eas turbas, factâ inquisitione in cadavera nonnulla, non adversantib. iis, quos ea res propius attingeret: Nam cum superiorib. annis simile quid contigisset, idē felici eventu tentatū fuisse;

Haberę

Habere se exempla aliorum, qui in tragædiis ejusmodi in ipsa Silesia, malum tali ratione facilè sedassent. Theologus percepta civium sententia, primùm ab eo proposito suos graviter dehortari cæpit, disseruitque, in his malis, quæ divinitus immittantur, haud dubiè, tempus ac modum liberationis soli Deo permitti oportere: Vereri sese, ne si quadam temeritate obviarent, gravius sibi quid attrahant: Videri quoque cum modum avertendi hoc genus dæmoniorum illicitum suspectumque esse: Nullam in terris esse potentiam, quam reformidet Sataṇas. Quam in sententiam potuerunt virum illum doctissimum etiam ea adducere, quæ nonnulli tuentur, posse dæmones etiam sanctorum, qui è vivis excesserunt, speciem repræsentare, quod innuere videtur magnus ille gentium Doctor, qui Satanā monet transformare se solere in lucis angelū: neq; verò hoc ei factu difficile esse cum nullo negotio, corrupto sensuū judicio, mentem etiam perturbare phantasmatibus variis noverit. Certè Tertullianus scribit in libro de anima, asseclas Simonis Magi hoc professos, quod prophetarū animas etiā ab inferis revocaturi essent, si quis id optaret. Ita & Lactantius habet, malignos Dæmones sub gentiliū Deorū imagine apparuisse, ut quod ratione nō possunt, metu à stupidis exprime

rent: Atque ut potest hic Spiritus varias assumere formas: ita hoc quoque studiosè agit, ut innocentes infamet, & est in tota re quiddam omninò impervestigabile: neque dubium est, imperitos ab eo decipi: quorum delicta veluti attentata, non tamen consummata ea mortis pœnâ non videntur afficienda, quâ nulla major est, nec ignominiosior: Diabolo etiam occurri vel effossione, vel cōbustione cadaverum, nescio quid idolatricum sapiat. Nam si incorporei sunt penitus, ut dubiū non est, nullam certè à corporeis Elementis passionem possunt accipere, aut torqueri, aut abigi his quidem, & hujus generis mediis aliis omnibus. Hæc igitur dici poterant prudenter ad cives à proposito effodiendi revocādos: Sed avelli non potuêre, cum se tot suis, suorumque quotidianis, & ad momenta omnia imminentibus periculis urgeri dicerent, ad id tentandum quod animo concepissent: Expectaturum se eventum: Itaq; eo humaniter salutato in cæmiterium se conferunt, ab ædituo claves poscunt, ac primū omnium Cuntii, deinde & aliorum, quę volebant, sepulcra reserant, singula cōsiderāt diligenter, & signa annotant. Qui ante, & post Cuntium sepulti erant, eorū cadavera jā soluta putredine erant, partib. omnib. ita corruptis, ut ne agnosci quidē possent, fractis craniis, & hiantibus futuris alicubi:

denique omnia γῆ καὶ κόπρος: Omnia ſecus in Cuntio animadverſa, cujus cadaver integrum, incorruptum, cutis tantum circa pectus & caput atra, aſperſa enim fuerat calx viva cadaveri, antequam feretro includeretur, ut citius cõſumeretur. Si quis autẽ fricaret unguibus, offerebat ſe cutis alia recens, tenera, rubens, omnes articuli mobiles, nihil rigidum in artubus. Baculus explorandi gratiâ indebatur dextræ, eum cadaver compreſſis digitis arctiſſimè tenuit: oculi modò aperti, modò clauſi, cumque erigeretur cadaver, faciem primum verſus Septentrionẽ convertit, altero die verſus meridiem. Quidam detrahebat tibialia alteri pedi, huic ſuberat cutis nitida, roſea, tenera, venis planè cõſpicuis, cumq; ferro ſura altera aperta eſſet, effluxit ſanguis rubens, qualis è viventibus, unde partes tactæ vicinæ tangebantur. Naſus qui citiſſimè in morituris acuminatur, planè illæſus, non macer, cumque Cuntius vivus gracili eſſet habitu, ſtaturâ humili, cadaver multò habitius, facies tumẽs, buccę inflatę, ut pinguiſſimi porci mactati ſpeciẽ referret: adeoque, ut ea moles vix anguſtiis loculi caperetur, cum ab VIII. Febr. ad 20 Julii diem, quo effodiebatur, ſub terra latuiſſet: quæ res admirationẽ ſingularem cõcitavit, maximè in iis, qui è longinquo viſendi cau-

ſa advenerant. Quòautem omnia cautiſſimè agerentur, viſum fuit, alios etiam prudentes viros ex vicinis oppidis adhibere, qui officio judicum fungerentur, ut de plurium ſententia omnia decernerentur. Nemo in conumero fuit, qui dubitaret, ſuſpitiones omnes in Cuntii cadaver recidere. Qui verò ſimiles caſus meminerant, clamabant, ilicò cadaver eſſe ignibus mandandum. Sed nihil tentatum, niſi ad ejus territorii Illuſtriſs. Principem res tota deferretur, expoſitis diſertè omnibus, quæ præſentes vidiſſent, Inde expectatâ ſententiâ, cum initiò reſponſum eſſet, non probari poſſe præceps conſilium, tandem cum nihil obſtaret, carnificem vicinum advocant, qui adjunctis ſibi duob. miniſtris mox ſeſe ad prædam ſuam ſiſtit, & paciſcitur de precio. Offertur ei equus Cuntii percuſſor, & ſponderur præterea aliquid pecuniæ, & quantum ad victum ſatis eſſet ilicò numeratur. Adornantur igitur neceſſaria, vocantur cæmentarii duo, qui foramine facto per muros ad aram cadaveri exitum pararent. Cæteri incolæ omnes conjunctis operis in campo proximo aderant, & ligna, quæ ſibi Cuntius compararat, inſegmenta dividunt, & ad locum ſupplicii convehunt, aptantq; in ordinem, & ſeriatim in ſtruem carnificis miniſtri componunt. Cadaver è templo

templo funibus per foramen extrahitur, quod adeò ponderosum fuit, ut funis rumperetur, & ipsum cadaver vix loco moveri posset: Foris carpentum erat adornatum, quod cum cadavere tracturus erat equus ille Cuntianus jam carnifici destinatus. Quis crédat tamē? cadaver adeò intractabile ob pondus fuisse, ut amplissimi corporis equus ægrè id prottraheret, & adeò magno, difficilique nisu, ut collapsurus sæpius videretur, sæpè in statione respiraret, & qui paulò post in eodem carpento duos viros insidentes nullo negotio protraxit. Postquam ventum est ad locum supplicii, eximitur cadaver, unà cū ipsa subjecta gleba & linteis, quibus erat involutum, in pyram deponitur, in qua etsi diu jacuerat, tamen totum non concepit flammam, sed caput cōsumebatur, & man⁹ ad cubitos usq; cum pedib. trunco penitus illæso: Itaque carnifex, quod reliquum erat, uncis extractum de pyra, in frusta secuit, è quib. puriss̄im⁹ sanguis effluxit, adeoq; spirituosus, ut guttis exilientib. carnifex aspergeretur. Caro ipsa benè pinguis, particulæ in flāmas luculentas conjectæ, vix insequente nocte in cineres redigi potuerunt: Itaque in illa mora custodes adhibiti, qui semper adessent. Alebantur autem flāmæ etiam eo in loco, in quo erat truncus in partes

sectus:

sectus: quod aliquid sanguinis ibi appareret: Cineres collecti diligenter, & in flumen dissipati: lignorum grandiora segmina, qualia in urbibus coquendæ cerevisiæ adhibentur, consumta sunt ducenta & sedecim. Fama erat secundæ uxoris Cuntii (tres enim duxerat) parentem, & fratrem sub Generoso quodam domino itidem effossos & combustos fuisse. Sed quid fit? Eodem die spectrum amplius nullibi apparet, nec quicquam turbarum datum est à Cuntio, vel in oppido, vel alibi. Ergo matutinis horis qui sibi obviabant, negabant uno ore, quicquam se illa nocte passos à monstro, omnia quasi serena visa fuisse: locꝰ sepulturæ egestâ terrâ omni, saxis immissis ęquatus est: nequis deinceps in eum locũ sepeliri posset, ac si posteri eum in locũ fortè inciderent, signo isto rei gestæ admonerentur. Atq; hæc de Cuntio narratio fuit paulò quidem copiosior, sed verissima.

Nunc placet aliud quiddam affine huic adjicere: Famulam habuit is, cujus priore loco mentionem fecimus, ea mortuâ usitatis quidem ceremoniis sepulta est, sed quod nonnulla suspicio esset, eam ex familia illa nonnihil magicæ scabiei contraxisse, quò minus simili modò tumultuaretur, eo remedio itum est obviam, quo existimantur hæc manium postliminia

averruncari

averruncari posse. In fauces cadaveris indita sunt quatuor hæc, (mystico enim sensu numero τετράκτυος abutuntur rebus tam vilibus, putidis & alienissimis ad hæc sacramenta) clavus rotæ, Numulus (quali in Charontis fabula animæ ad vecturam addicuntur,) scoparia, seu peniculus patinarius, quo famulæ vasa tergunt mensaria, & cespes, qui ori appositus orbis magnitudine, quem tamen ita consumserat, ut in feretro nihil præter terram esset reliquum: sed ne sic quidem ritè cautum fuit. Octavo enim à morte die, idolum se offert alteri famulæ, eamque ita ephialtes atrox afflixit premendo, ut oculi intumescerent. Infantem in cunis jacentem adeò graviter vexavit, ut nisi ministra accurrisset, de eo actum videretur, sed ad signum crucis & compellato IESU nomine disparuit. Sequente nocte visa est in stabulo sub gallinæ specie, quam cùm veram esse, & evolasse è corbe crederet una è famulis, insequereturque fugientem, moles gallinæ in immensum augebatur, & mox collo ancillæ comprehenso ita in eam sæviit, ut ea parte intumesceret, ne vel cibi, vel potus quippiam posset sumere, ac quia de vita præsens erat periculum, sacramento sumto salutem suam Deo commendavit. Aliam ministram mutare subuculam jussit, quòd quam gestaret, immundior

dior esset. Turbas continuavit in mensem integrum, pulsatis pluribus, sic, ut plagæ exaudirentur ab astantibus, sæpè lectos avulsit dormientibus, specie apparuit non unâ, nunc mulieris, nunc canis, modò cati, modò capri. Mensæ consulis visa est insistere, & è vasculo, in quo acetum è vino, & rosis maceratis factum asservabatur, largiter bibere, repositio vase in locum pristinum, nec tamen altero die quicquam imminutum erat. Itum est tandem ad crematione cadaveris, quo facto, non modò reverti posthumus iste spiritus desiit, sed & quos læserat, ij convaluere, & ad consuetos labores redierunt.

Sed nimis longa tela est; itaque desino, & ad rem, quam in præsentia agimus, hæc videntur jam satis esse, ut vel hinc capiant ij, quò convincantur, qui manes fabulas putant, cum quibus non soleamus imaginosum, ut ille ait. Totum autẽ hoc ad lemures veterum referimus, quos Varro & Nonnius nocturnas larvas, & terrificationes imaginum & bestiarum vocant. Augustinus Plotini illius, in quo ob os purgatissimum lucidissimumque, dimotis nubibus erroris, revixisse Platonem putat, sententiam recenset, l. 9. de Civ. Dei c. 11. animas hominum dæmonas fieri, & ex hominibus fieri lares familiares, si quietæ & tranquillæ ani-

mæ

mæ demortuorum sint: sin omnia turbis commisceant, & terroribus, lemures dici, de cujus vocis ἐτύμῳ docti quæsivêre, putantq; lemures dici quasi Remures à Remo fratre Romuli, cujus occisi in condenda Roma, umbras frequenter à morte obversantes, ut placaret Romulus, parentalia instituit, Lemuria dicta, quæ mense Majo, triduo celebrabantur, antequam Februarius mensium numero accederet, ideò est apud Plutarchum, mensem Majum infaustum nuptiis: de quo Fastographus sic scripsit,

Mense malum Majo nubere, vulgus ait.

Sed undecunque ea vox orta sit (alii enim aliunde deducunt) illud constat, indicari genios malos, iracundos, nocentes, infestosque occurrentibus, quale quid de Pilati manibus, & inquieta ejus larva celebres autores meminêre, Eusebius, Iosephus, Sabellicus. In Ducatu Clivensi ad Eltanum vicum, manus depalmantis viatores observata fuit, unde locus is admodum infestus noctu transeuntibus: Nam & plaustra ibi frequenter eversa: Magâ verò exustâ, (ei nomen fuit Sibyllæ Duiscops) omnis illa vexatio simul aversa est: & sunt alia alibi, quæ de horum sævitia, & tumultu historicâ, etsi varietate quadam animos demulcent: tamen facti atrocitate horrore quodam simul perfundunt. Sed quid de toto

illo iratarum larvarum & manium tumultuantium sensibus nostris sese offerentium genere judicandum sit, operæ precium est quædam in medium hoc loco proferre. Ex Aristotelis quidem Schola hîc parum est subsidii expectandum, quandoquidem, ut de dœmonibus, ita de ψυχῶν χωρήσει, & de χωρισῶν inprimis ὑσίατε, καὶ ἐνεργείᾳ ita docuit, ut sectatores hujus ἀπορίας facilius potuerint, quàm quid à se, & dogmaticè concluserit, comprehendere. Meminerunt Plutarchus in Dione, & Themistius, scripsisse Aristotelem Dialogum, in quo firmissimis rationibus, animæ immortalitatẽ demonstrarit, qui si extaret minus fortasse de ejus sententia laboraremus. Plato autem in hac parte planè locupletior, ex Ægyptiis opinor annorum tredecim acroamatis: Sed quia & illius, & hujus ingeniosæ ratiocinationes, & exẽpla perpetuæ experiẽtiæ, sed diversa, ob manium infinitam dissimilitudinem rem magis intricatam reddidêre, ideo qui hos tantum sequitur, negotium potius accendere, & τὸ ἀδύνατον attentare videtur, quàm laqueum subterfugere. His de causis ea omnia huc assumenda, quæ θέοθεν de his patefacta sunt in scriptis sacris, quæ sola hunc nodum dissolverint: Inde igitur rem deducamus.

Larvæ

Larvæ omnes manium ſive quietorum, ſive turbantium, aut ψυχαὶ ſunt veræ defunctorum, aut εἴδωλα tantum ἐνεργούμενα ὑπὸ δαιμόνων. Et ſi ψυχαὶ, aut piorum, aut mancipatorum Dœmonibus aut aliâs nequiter defunctorum. Qui animas veras eſſe nonnunquam cenſent, cum à ſocietate, & communione corporis ſevocatæ ſunt, etſi meri ſunt ſpiritus, & corporeum nihil habentes, venire tamẽ in ſenſus poſſe ſi id Deus velit, aut dœmones hoc moliantur, exemplis multis, certiſſimiſq; obtinere poſſe videntur, quod in hac cauſa plurimum valere debet. Quæ enim inquiunt, eſſentia ſimplicior cogitari poteſt quã ſit divina, tota ſpiritalis & inviſibilis? At nihilominus hic puriſſimus & merus ſpiritus per veram non φαντασίην columbam capiti noſtri unici capitis Chriſti ὡς διὰ χειροθεσίαν incubuit. Quid verò de angelis ipſis dicemus? quoties illi viſi, auditi à multis & ſanctiſſimis viris, à quorum prandiis non abſtinuerunt: Eſt autẽ animarum noſtrarum cum ſpiritibus affinis quædam cognatio. Habet deinde omnis gentilitas, omnesq; Philoſophorũ ſcholæ ſuas familiares Dæmonas ἀγαθὸς & κακὸς, hi ita in unaquaq; civitate ſentiũtur, nihil ut ſit noti⁹ atq; explorati⁹. In inſulis fortunatis, ut ait Vives, quas Canarias vocãt, priusq; in ditio-

Christianorum venirent, dæmones in idolis loquebantur apertè populo, & se jubebant adorari, coliq́ue. In novo orbe recens invento nihil est vulgatius, quam non de nocte solum, sed de medio die ac luce occurrere manifestò Dæmonem in urbe, in agro, qui aliquid loquatur, jubeat, vetet, infestet, terreat, feriat. Veniunt in subsidium Moses, Elias, Samuel, & illi ipsi sancti, qui Christum resurgentem comitati sunt. Sunt & alia apparitionum exempla infinita, è quibus hoc ostendere posse videtur, dari etiam quibusdam animabus, ut solutæ à corpore & quasi posthumæ à sepultura reversæ, & specie aliqua corporis pristini indutæ cõspiciãtur. Et quod sanctis suis fine optimo Deus nonnunquam indulsit, id Dæmonem, qui æmulari divina consuevit, in suis etiam organis moliri verisimile est. Ut autem de toto spectrorum genere hoc loco non dicatur, de lemuribus tantum & terriculis nocturnis, quæ turbis miscent omnia, & tumultibus hoc loco agatur. Ergo aut animæ sunt ipsæ reduces pristini corporis specie vestitæ: aut Dæmoniacæ larvæ. Si animas credimus, quæ eæ sunt? cur adeo raræ? & quidem tantum paucorum hominum defunctorum? Animę igitur censentur, sed mancipatæ aliquando dæmonibus, cum quibus ex pacto fœdus initum, ita ut animas, & corpora sibi arctè devinxerint,

vinxerint · Eorum, inquam, hominum, quos primo Sacramento ſaluberrimę noſtrę regenerationis privarunt: à κοινωνία autem cum vivifico Chriſti corpore averterunt prorſus, vel ad abutendum & dehoneſtandum ſacrum panem benedictionis animarunt, ſimulq; de morte, ac mortis hora, ac ſpecie convenerunt. Horum hominum, quos ita ſpiritus nequã ſuos jam fecit, animas deinde poſthumas veluti mancipia ſua circumfert, & oſtentat triumphans, & ad vexandas vicinias inſtigat, & informat, repreſentatione à morte facta. Ac ut corpus magorũ, ſi ei ita libeat, ſub terra reconditum aliquamdiu quacunq; vi & modo vegetat, ne mox diſſoluatur: ſed cohæreat articulis non ſolutis neq; flacceſcẽte corporis habitu: ita credi poteſt, eundem alteram etiam partem nobiliorem animã, ut mancipium ſuũ ſub noti corporis forma circumferre pro libitu ſuo. Nam ſi quod multis eſt perſuaſum, ante obitum etiã hoc jus Dæmon in ſuos habet, neq; ullo modo vires ejus excedit, ut animas nonnullas ſopiat inhibito ſpirituũ motu, aut avellat à corporibus, ut pleriq; Platonici ſtatuerunt, & inter hos Bodinus, & in alienę ſpeciei corpora, ut luporũ, felium, catorum inſinuet, & per animas ſuis quibuſdã præſtigiis occupatas in illa extaſi, certa flagitia exerceat, cur dubitemus, etiã tantũ juris in ſeparatas jam

animas habere, ut reductas offerre quoquo modo sensib. ad tēp⁹ possit? Facit certè huc, quod est famâ publicâ cognitū, & cōfessionib. expressis sagarū (si tamen hoc honestissimo sunt nomine appellandæ) firmatū, eas à præside suo ad concilia quædam & convivia, & ludos ac Sabbatismos verè animis & corporibus per medium aërem in remotissima loca celerrimè transferri, ut angeli pios transportant: exemplo sunt, Enoch, Elias, Philippus, & ipse Salvator. Quod si tantum juris habet in vivorum animas & corpora, possumus ne cum ratione dubitare, an idem & possit, & velit, ut animas certas certis locis representet aliquandiu, ad ea quæ libuerit, perpetranda? Neq; verò existimandum est, minus promptum esse Dæmonibus, animas defunctorū aliquādiu superamictas sub pristini corpusculi imagine oculis sistere, & iis abuti, quas sibi jam antè mancipaverat, qu m nonnulla cadavera recentia adhuc vegetare animâ pristinâ, ut ad omnia ministeria olim consueta parata sint, quale quid de Psaltria Bononiensi nostra meminit memoria, & alia hujus generis alibi facta leguntur. Atque id quidem à pacto inito, ut dixi, manare, illud etiam innuere videtur, quòd corpore magorum tanquam pignore & sacramento sui pacti (solet enim certo charactere &

ctere & symbolo, ut rosis vel aliter, in loco occultiore aliquo magos notare) in cineres soluto, cesset ea vis δαιμόνιος, non minus, quàm videmus lemures cedere & εἴδωλα alia minusque noxia esse, si ossa non suo loco, aut non convenienter defossa, suis locis reponantur: id q Athenodorus suos Athenienses monuit, qui domum infamem à spectro ita liberavit, cum ossa inserta catenis & implicita, quæ corpus ævo terraque putrefactum nuda & exesa reliquerat, collecta publicè sepeliret: Certè ea postea dom⁹ ritè cõditis ossib., manib. caruit. Et lemures istos à procuratore illo Stygio ex pacto inito productos, animas esse certorum hominum quales descripsimus, his argumentis ostenditur. Eas verò infestationes divinitus permitti, ut ceteras machinationes dæmonum, censent, tum ad exercitia piorum, tum verò inprimis ut his tristissimis spectaculis moti alii, à consortio & pacto Satanico sibi diligentissimè cavendũ esse discerẽt. Quodq; paucę sic redeãt, ideò fieri, quia & pauci sic se mãcipẽt huic spiritui, & divinitus averti frequẽtiores reditus, ut dæmonibus materia fraudũ pręcidatur. Qui verò lemures omninò cẽsẽt animas esse cõfœderatorũ, nõ negãt, huj⁹ quoq; generis larvas & spectrorũ terriculamẽta quædã nihil esse aliud, nisi illa ipsa πνεύματα πλάνα

καὶ πόνηρα, atque ut boni angeli sæpe conspecti sunt fine bono, sic & hoc infestum nobis genus, & malitiosum variis formarum simulacris hirci, canis ululantis, satyri, equi, fæminæ, viri, sphingis, faunorum, satyrorumq; neq; profanis modo in locis, sed & tẽplis apparere, sive ut fascinet tantum illudendo, sive ut terreat gravius lædendo, sive ut futura prædicat, moneat, jubeat aliquid, omnia tamen fine improbo, ut mentes à Dei cultu sincero avocet, & sibi autoritatem comparet, quod efficere illi spiritus instructi tum naturæ mirâ solertiâ, tum diuturno varioque rerum usu, & experimentis tot seculorum, nullo negotio possunt, sive per corporis alicujus elemẽtaris assumtionẽ, sive aeris varia agitatione, sive aliter, ut est παντοδυναμία ejus infinita, & incomprehensibilis. Atque hæc prima est de lemuribus, id est, de certarum animarum recursu, interdum & ipsorum Dæmonum tumultuantium ad eundem modum, sententia, quæ ut ingeniosa est, ita ab ea ne Tertullianum quidem abhorruisse disputant, qui impugnans, gentilium magorum evocationes, non modo Samuelis animam reductam verè scribit: sed & si quasdam animas revocãt in corpora Dei virtus in documenta juris sui: non idcirco communicari fidei & audaciæ magorum & fallaciæ somniorum, & licentiæ poetarum,

ſum, Sed noſtri, id totum quod de reverſione animarum χωρισῶν in mediũ profertur, non ſatis judicant eſſe fidei noſtræ ἀνάλογον: Nam ψυχὰς, poſtquam è corporibus migtarunt, expectare conſtitutam ἀνάστασιν, corpora terræ mãdata ibi putreſcere, & miſti partes in ſuos ordines redire, ac ſi piorũ animæ ſint, ἀπολελυμένων in loco eſſe quietis: improborum verò ſuo loco ad judicij ultimi executionem reſervari, nec permitti vagari, ſi velint, nec hoc licitum eſſe Principi mundi, qui jam judicatus ſit. Ita autem in contrarium colligunt: Si redeunt animæ aut ſuo id arbitratu agunt, aut de ſententia Dei, cui & ipſi Diaboli ſubſunt: At ſponte ſua eas redire non eſt veriſimile, cum ſui juris non ſint amplius, & ſub eo imperio, ſine quo nec Dæmonib. quidẽ ea poteſtas ſit progrediendi, quó lubet, niſi quantũ permittitur: Quod ſi etiam liceret animab. ad nos recurrere, q̃; id ſtudioſè quamq́; frequẽter facerent, inviſerẽtq́; eos, quos in obitu ægerrimè deſeruerũt, eſſentq́; parentes cum liberis ſuperſtitibus, mariti cũ ſuis cõjugib. viduis, amici cũ amicis. Id cũ minimè fiat, non eſt veroſimile, eas à morte corporis in terris obãbulare. Auguſtino cũ id in mentẽ veniſſet, nõ dubitavit dicere de matre ſua, Nunquã me deſereret mater mea, quẽ vivẽs terrâ, mariq́ue ſecuta

est. At nec Dei jussu & imperio, (id enim objiciunt cum Augustinum sequimur, reverti non omnes, sed aliquas & ad Dei nutũ, testantib. id exemplis) nos invisunt: Quo. n. fine remitteret, nisi ut docerent, monerent, consulerent in medium, si quid opus esset? At mortuos cõsulere quoties disertè prohibuit, & quàm expressè id habet Lazari parabola? Neque verò exẽpla dari possũt, earũ animarũ, quæ verè reversæ veritatis divinæ ad alios testes fuerint, si unũ Salvatorẽ excipias: nam de Samuele non datur. Excipiunt: Adimi plerisq; facultatẽ redeũdi, ne curiosarũ narratiuncularũ gratiâ quẽquã adeãt: Quasi res nugatoriæ fuerint, de quib. fratres illi helluones vivi à mortuo erudiendi erãt. Et quî tandem animas reduces in hoc theatrum tanquam ad spectaculum sistemus? cũ animarũ ea essentia naturaq; sit, ut etiamsi recurrerent, oculis tamen nelynceis quidẽ conspici possent? quo argumento qui triũphant, obviare tamẽ debuerunt, adversariorũ ratiunculis. Nã si Samuelis animam per νεκυομαντείαν elicitam in Dæmonẽ transformam⁹, & huic permittimus, ut assumat corpora, si non vera, at φανταστὰ & præstigiosa, saltem sibi prætendat, & species humanorũ corporũ ementiatur (nã lemures nõnullos εἴδωλα horũ esse ostendimus) cur his spiritibus hoc damus, ut videri possint, animabus

bus verò hoc eripimus? maximè, si divinus assensus, & vis intervenerit, & visos esse in clarificatione DOMINI Mosen, & Eliam, testes sunt ipsi Apostoli, ut non tam certum sit, quod sumimus, animas cerni nunquam posse: Nā cur id Deo eripiatur, quod Dæmonib. assignatur? ut pro re nata, & ex arbitrio suo animas sistere valeant, & reducere circūdatas, si non veris corporibus, at eorum aliqua specie: Videtur his & D. Hieronymi sentētia favere, qui contra Vigilantiū indignans ita loquitur. Tu leges Deo ponis? Tu Apostolis vincula injicis, ut esse ad diē usq; judicii in custodia cogantur? cū Diabolus toto orbe vagetur: quare martyres post effusionē sui p Deo sanguinis teneātur inclusi? Animas verò sic esse (ajūt) in manu Dei, ut ne tāgat eos tormētū mortis, & quoniā sint in manu & potestate Dei, ideo posse eū illas si velit, representare oculis, cū quadā suorū corporum specie, perinde, ut angeli eo jubente apparuerunt: Nam, quod quiescere dicuntur, id ita illi accipiedū censent, ut nihilomin⁹ admittatur, easdē clamare ad Deū, & scriptū esse, Spiritū non modò à se, sed & in sanctis illis præsertim cælestis Ecclesiæ intercedere pro nobis gemitib. inenarrabilibus. Respicendū autem in his similibus q; rebus, nō quid sensus requirat, admittat, repudiet, quam quid ῥητὸν sacrum fidei arripiendum

piendum perſcribat: Nam ſi ſenſuum judicio ſtandum eſt, cum Græcis ipſis dubitabimus, an animæ flagitioſorum ſenſualis pœnæ, igniumq; alterius ſeculi in inferno capaces eſſe queant: Chriſtianis igitur credendũ eſſe, quorum omnis ratio cõſtet fide, & apud nos etiam *Solâ fide*. Hæc illi, & alia in hanc ſententiam nonnulla, quæ ego in præſentia Theologis excutienda relinquo, qui ferè ad unum omnes has lemurum turbas, & protervias noctu dieque recurrentes larvas ad illud infeſtum ſpirituum ſodalitiũ referunt, apparentium in forma certorum hominum, & ludentium preſtigiis huic familiæ uſitatis.

Sed de toto iſto regno ſpirituum quia pauca noſſe poſſumus, pronunciare eſt difficilimum.

JOH.

JOH. FRANC. PICUS Manardo Suo S.

LUSI nuper seria, Manarde, si tamen clarissimos viros ex gentibus, tũ ex nostra religione, qui Dialogos ediderunt, lusisse existimamus. Sed ludus mihi videtur hoc scribendi genus, dum illis confero, quæ majori cum gravitate disputantur, cum de rebus ipsis in natura, an sint, quid sint, unde pendeant, quid nã ipsis aut intrinsecus eveniat, aut contingat extrinsecus scisciamur. Quæsitum aliquãdo cum nostris de lucubrationibus sermo incidisset, cur Dialogos non scriberẽ, sed perpetua oratione per capita, per theoremata, nonnihil etiam per quæstiones & adnotationes: ingenuè retuli, mihi magis placere per sua membra

bra

bra rem, qua de agas, digeri: Affinem videri Poesi dialogum, quanquam scio, fabulas oratione pedestri & interdum maximè seria carmine prodi solere, quod in hymnis nostris servatum, & in ea, quam nuper cecinimus, & ad te misimus, à somno præsentis vitæ excitatione: Sed ut me non latet, si quid fictiDialogo misceatur, id non esse mendacium, cum tacito quodam consensu lectoris fiat cognitum, indicari, nõ sicut proditur, rem ex integro gestã esse, sed sic geri facilè potuisse: Ita quoq; me non præterit, in Dialogis agi nõ cõsuevisse eo ordine, q̃ sit rerum naturæ cognoscendæ consentaneus: Sed verius miscellaneam disciplinã prætendi, quæ similis quodammodo videatur homiomeriis Anaxagoræ. Apud Græcos tamen

in

in præcipuo quodã honore id ſcribendi genus fuit, (tâm eſt avidus varietatis humanus animus) quos maximè demulcebat, detinebatq́; Socraticorũ eloquentia, cujus gratia in unum quaſi corpus, quæ diſperſa eſſent, ſua natura conflarentur. Quæ cũ à me abſit dicendi facultas, etiã ab eo abfui dicendi genere. Placuit in præſentia nihilominus facere periculũ oblata maximè occaſione ex ludibriis Strigũ & maleficiis, quæ ſuperiorib. menſibus noſtra in ditione perpetrata ſunt: Unde operi natum nomen, Strix, ſive DE LUDIFICATIONE DÆMONUM, *quâ præcipites ruere nonnulli dicebantur & ferri ad* LUDUM DIANÆ *(ut olim, nunc appellant curſum) rem quidem nomine diverſam*

versam ab illa vetusta impietate: Sed utrum suapte natura differat, an minime & quonam modo similem, quo dissimilem cẽseri oporteat, ex ipsa disputatione colligetur, pariterq; dabitur intelligi quid illi cũ antiquis aliis gentium superstitionibus commune, quid ab osore generis humani maligno Dœmone recenti malicia suggestum sit: & in eo repellendo quanta religionis veritati fiat accessio. Quod si tempus hoc dierum circiter decẽ, quod tribus iis disputationbus, seu magis libellis dialogo cõprehensis impendi, non censueris periisse, & tu & reliqui amici doctrina & judicio præstantes, tum alios fortassis de rebus aliis Dialogos suppetente otio scribemus: sin minus, bonas horas melius collocabimus. In hoc sanè opu-

opuſculo putes te, ubi Strigem audieris colloquentem, audire meram hiſtoriam: quã partim oculis hauſi, partim auribus, dum mihi libelli quæſtionum recitarentur. Sed ne protraham te ab ea longius, Apiſtium, Phronimum, Strigem, Dicaſtem, ſimul audi de ipſa Dæmonum ludificatione diſſerentes.

VALE.

JOHANN. FRANCISCI PICI MIRANDULANI DOMINI, CONCORDIÆQUE Comitis

STRIX

Sive

DE LUDIFICATIONE Dæmonum

DIALOGUS Primus.

PERSONÆ

PERSONÆ DIALOGI.

Apistius, Phronimus, Strix, Dicastes.

APISTIUS.

QUONAM *Phronime, ruit illàc pergens per olitorium forum tàm frequens vulgus?* PH. *Accedamus tantisper, dum fiat nota nobis causa tanti concursus. Paucorum passuum parva poteſt esse jactura.* AP. *Pauci erant, si usque ad templum perrexerimus: quod cæptum extrui nuper virgini deiparæ: cui de miraculis facta est appellatio. Nam ultra primum lapidem situm est. Videor enim videre nonnullos ex eorum sodalitate: qui sibi ad ædem illam sacram domicilium delegêre. Proinde conjecturam facio illùc omnes illos, quos conspicimus, tendere.* PH. *Recte, uti existimo, conjecturis. Nam nisi fallor, Puerorum multitudini mixtos deprehendi satellites, qui operam navare solent sacerdoti: cui consuetum est de maleficis hominibus quæstiones habere: sed quid tandem eveniet siniſtri: si eò nos contulerimus? Quin arbitror id itineris commodum nobis allaturum: si non amplum: at certè tàm gratum: uti sit habendum obsonii vice, tum rèdierimus: sed erit fortaſsis precium operæ, cum novi quidpiam reſcire facile dabi-*

tur, quandoquidem adducor, ut existimem captam strigem, ad quam tàm multiforme vulgus pueris permixtum accurrat contuendam. AP. Striges ne his in locis diversantur? Haud gravarer decem passuum millia conficere: videndi causâ. PH. Ergo si nullam unquam aspexisti: poteris nunc fortassis fieri compos voti. AP. O si contingat mihi, ut avem tanto studio quæsitam nusquam inventam reperiam. PH. Quam inquis avem? AP. strigem? PH. Iocaris Apisti. AP Seriò non joco id prolatum censere debes. Quandoquidem nosse: quod ignoravit antiquitas: debet esse gratissimum, homini præsertim curioso. PH. Ergo rei, quam nemo non novit ignoratione laboras? AP. Ergo existimas me id mihi arrogare velle, quod se nunquam deprehendisse, nec constare (si qui unquã deprehenderint) affirmavêre magni olim viri & de literis egregiè meriti? PH. Quid? AP. Strigẽ avẽ? Nã quanquã legi.

Antiquis Striges ignotæ nõ nomine sedre, & natura.

Lucanus l. 6. Horatius: Seneca in Hercule furente Tibull. l. 1.

Et strigis infames ipsis cum carnibus alas. Et
Quid trepidus Bubo, quid strix nocturna querũtur.
Omenq; triste resonat infaustæ strigis.
Mæstiq; cor bubonis, & raucæ strigis
Execta vivæ viscera.

Plinius.

Nec non in maledictis antiquis strigem fuisse: tamen quidnã sit ipsa: quæ ipsius natura nõ convenit. Arbitratur q; Plinius fabulosũ, quod erat de strigib. proditũ memoriæ, ubera eas infatiũ labris immulgêre, ac sanè quænam sit avium strix, non constare planè testatur PH. Miror te Poetarum, ut video, peritum, non legisse, repellia

foribus ſolere Striges antiquitus, virga, quæ eſſet ex alba ſpina, easq; avidas eſſe volucres, quibus grande caput, oculi ſtantes, incuruo roſtro, pennis canitie reſperſis, & hamatis unguibus, atq; appellatas eo nomine fuiſſe, quæ horrenda ſtridere nocte ſolent, nomen itaq;, cauſamq; nominis, naturamq; ipſius & figuram mandatam literarum monumentis vides. AP. Teneo, quod inſtnuas: ſed diverſi fortaſſe ſunt generis Striges iſtiusmodi variaq; natura. Neq; enim dicuntur immulgere uberâ labris infantium, ſed exorbere ſanguinem, unde ille cecinit.

Striges olim ferula repulſæ ab ædibus. Ovid 6. Faſt.

An Striges diverſæ.

Nocte volant, puerosq; petunt nutricis egentes — Ov. 6. Faſt.
Et vitiant cunis, corpora rapta ſuis:
Carpere dicuntur lactentia viſcera roſtris
Et poto plenum ſanguine pectus habent.

Atq; hoc obſervatum eſt usq; ab heroicis temporibus extitiſſe, illa me movent, quæ

In thalamos venêre Procæ: Proca notus in illis:
Præda recens avium qninq; diebus erat.
Pectoraq; exſorbent avidis infantia linguis
At puer infœlix vagit opemq; petit.
Territa voce ſui nutrix accurrit alumni,
Et rigido ſectas invenit ungue genas.

Num tibi videntur munia iſthæc tam inter ſe adverſa, Strigum etiam variam, & adverſam naturam conditionemq; monſtrare? Beneficas aves illas præſtito officio nutricis æſtimare par erat: has vero maximè noxias, quibus

Striges beneficæ & maleficæ.

epeto ſanguiue pueri, necẽtur infantes. PH. Mihi potius fabulosũ utrumq; videtur, aut ſi quid ſolidæ veritatis inſit in fabula: reor non natas aves illas non inventas carmine,

Nenia hic legit ſine diphthongo codex Gesneri.

Nenia cum in volucres falſa figurat anus:

Sed malorũ ope dæmonũ factũ puto, ut illæ ipſæ aves apparuerint modò nutricis, modò inſidiãtis, præ ſe ferẽtes imaginẽ. eoq; magis id mihi arridet, qd faſcini docuit remediũ Dæmõ, ille Janũ mẽtitus, ter frõde arbutea poſtes tãgens: ter eadẽ frõde nota ns limina ſpargens aditus aquis, & cætera molitus: quæ non ſacra fuere, ſed execranda portenta, quanquam de eis & Medici: unde illa:

Striges abiguntur faſcino movente Janum crane

Ita. Q. Serenus de ſentẽtia C. Ticinii Poëtæ.

Præterea ſi nocte premit Strix atra puellos
Viroſa emulgens expertis ubera labris.

Sic enim noſtri tẽporis Striges facere conſueverunt, cum ad ludum Dianæ dicuntur perferri, vitiãt vagientes in cunis recens natos infantes: mox adhibent remedia: quæ ſic mihi ab illis pendere videntur: ut nomẽ etiam derivatũ ſit: quãdo mulieribus, quæ id ſceleris patrãt, indita eſt apud nos paſſimq; recepta jam Strigis appellatio. AP Eorum igitur Phronime videris errore deluſus: quo circũ aguntur plerique noſtratiũ, ut vera putes, quæ vulgo prædicat. Eſſe, neſcio quas mulierculas ad cõvivia, ad cõcubitus lemurum intẽpeſta nocte cõvolantes, quib. infantes faſcinentur. PH. Dij meliora. Nam quod nõ pauci benè audientes in literis viri, rerũ uſu periti, bonis moribus præditi: pro comperto habent palamq;

Cur mulieres ſagæ Striges dictæ.

Ludus Dianæ.

Non eſt fabula.

proferunt

proferunt: erroris nomenclatura non est notandum. AP. Sanè persuaderi id mihi nunquam potuit: ut isthæc in animũ inducerẽ meũ. PH. Qua de causa? AP. Quoniam ridiculũ videtur, facto circulo & unguento nescio quo pacto corpori adhibito & ex ressis nescio quo murmure verbis, cum inferis dæmonib. congredi, equitare noctu super ligno: quo linũ & canabis tundi solet, super capra aut hirco, aut vervece meretriculas: easdemq; ferri per aëra & ventorũ tranare spacia, Dianæ choris, aut Herodiadis interesse, ludere, comedere, bibere, obscœnis oblectari. Adde quæ non cõveniunt, ut accepi: nam aliæ per tractus aëris sublimes evehi se dicunt: aliæ propius terram deferri, nõnullæ animo scire, non corpore texentur, ac sisti postea supra Benacum in altissimis montib perhibeãt, miror, quod nõ in Micola nõte dixerint cum Thalete, aut in Mimante cum Anaxagora diversari: quædam ad Benevẽtan im arborẽ nucem (ni fallor) appellatam portari se dictitant. Sed quid causæ, ut nõ magis in Arpinati agro nostris oris (ut puto) viciniore collocentur. Ad Marianam quercum delatæ, si non lõgius progredi pigeat, usq; in Cheroneã ad quercum Alexandri. Præterea coiredicuntur cum dæmonibus, nisi fallor, abiũctis à corpore: quib. qui potest esse contactus? quæ libido? aut quo pacto queunt inani quadam imagine delectari carneæ mulieres? Cum mortuis luctari so'ere la vas didici, non cum vivis. PH. Si diluam tibi

Cur res ficti videatur.

Diserepantia.

Fortasse Micole mons in Ætolia, cuius meminit Diogenes.

Larvæ nõ luctantur cum vivis sed mortuis.

argumẽta tua futurũ spero, ut assentiaris. AP. Quid ni? PH. Est enim viri cordati rationibus, exemplis, majorũ autoritate, quæ sit jã consensu firmata, moveri, duci, sisti, multoq; magis ejus qui ingenio præditus est, & literis navavit operã. Ergò si te per tua decreta ducam ad id, quod irrides, recipiendum, quid eris acturus? AP. Manus dabo. PH. Puto dabis & pedes. AP. Nequaquam in pedicas. PH. Ego quidem id nunquam affectabo, sed ut in meã sententiã (ut dici solet) pedib manibusq; discedas: id facilè ut fiat, optarim. AP Nõ abnuo futurũ si præstabis: quæ prætefers. PH. Videris mihi ex sermone, quẽ conseruimus gradientes, poëtas gentiũ percallere, nec abhorrere â Philosophia. AP. Id mihi nõ vendico ut percalleã poëtas. Major est enim ea professio, quã ut illam sibi de nihilo quispiã arroget. Nam & Græcam linguam & latinã nosse inprimis opus est. Deinde recondita, & è Philosophiæ penu frequenter erutа sensa didicisse: quib. Poëtæ, & maximè omnium scatet Homerus, quem grandibus cõmentariis illustratum ab Aristotele, & qnibus dã è porticu Philosophis audivi, & Plutarchum accepi libro uno benè magno contendisse omnem scientiã, omnem artem, divina deniq; & humana cæco illi adserere. Quare ut eam mihi adesse cognitionẽ abnuo, ita non inficias eo quandoq; me per ocium in illis legendis exercuisse: Sed uti linguarũ notitiã haurirẽ ut quæpiam ad mores apta præcepta, quasi aliud agens imbiberem: in

Ostenditur ludus Dianæ verus non imaginarius Ratione. Exemplis. Auroritate.

Ad Poëtarum cognitionem quid requiratur.

Homerus à magnis viris expositus. Et ejus laus.

1. 2. 3.

amicorum

amicorum corona, ne ignarus literarum viderer: cum se occasio præstat, Philosophiam, quæ illic dicitur latere, si non bibi, at saltem attigi atq; ut dici solet, degustavi summis labris. PH. Neq; arrogantia neq; Ironia ductũ te existimo: sed Veritate, quæ ab Aristotele virtus, inter illa vitia collocatur media: Nam nec te scire nihil simulas: nec jactas te omnia tenere: & quæ dicis de poëtarum notitia non abhorrent à vero. Nam ipse Plato & Aristoteles poëtarum Homeri, Hesiodi, Simonidis, Pindari, Euripidis aliorũ testimoniis pleni sunt. Proinde vereor, ne quã dissimulas Philosophiã, sis amplexus. Itaq; existimo plura à te in recessu congesta, quã pollicearis in fronte. AP. Naturalia interdũ vel virtutes, vel quædã tanquã rudimenta Virtutũ sine ullo studio possidemus. PH. Hoc mihi responso majorẽ injeciſti scrupulũ. AP. Quemnã ais? PH. Me cũ homine Philosopho verba facere: Sed id mihi protinus eximam, hinc Exordiũ capiens: si respondere ad ea quæ profiteris volueris, quæ iis de rebus citari cupio, quorum gratia disserere cepimus. AP. Responsurum me profiteor. PH. Legisti ne unquam apud Homerum Ulyssem ad Cimmerios appuliſſe? AP. Legi, utiq; ad gentem caliginoso degentẽ in aëre, solis radiis impervio. PH. Quid egit? AP. Multa. PH. Nonne ejus ea verba.

Philosophi citant Poëtas.

Iter Vlyssis ad Cimmerios.

Ἐγὼ δ' ἀόρ ὀξὺ ἐρυσάμεν & παρὰ μηρῶ
Βόθρον ὄρυξα, ὅσον τε πηγύσιον ἔνθα & ἔνθα.
Ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὰς χέομεν πᾶσι νεκύεσσι.

Quæ fortè carmina latinè si modo probas interpretabor. AP. Gratum facies. PH.

Ipse ego de femore extraxi tunc protinus ensem:
Et foveam cubiti ad mensuram scalpere circum
Hinc atq; hinc cæpi, atq; umbris libamina fudi.

Fovea.

AP. Expressisti sensum, & probè verba. PH. Dianæ ludos & choreas cum sociis nymphis puto non senel à te lectas AP. Putas rectè. PH. Nec non congressum Anchisen Veneri, & multos prisci temporis heroas diis illis fallacib genitos legisse. AP. Et illud sæpenumero. PH. Deludebant miris modis rustica & pastoricia deditos cura homines, ut erat plurimũ eorũ vita: qui heroicis temporibus floruisse ferebantur. Sic etiã dæmon pastorẽ Peleum, quippe qui, ut ille cecinit, greges pecorũ & armenta

Ludi & choreæ cum Nymphis.
Anchises & Venus.
Peleus.

Haud procul à muris sub opaca valle reliquit,

sub marinæ Thetidis deæ apud gentes existimatæ, simulachro deluserat, quoque minus adverteret dolum ab alio dæmone versipelli Proteo doctus est: quo pacto ipsa caperetur Thetis centum mentita figuras. Sed aliam perpende fraudem, quâ ipsum decepit impensius: cum non stuprum adulterium vè prætendit: sed simulavit connubium, quod celebravit Hesiodus carmine ut est proditum græcis monumẽtis. Atq; inde probabili conjectura dicimus, Epithalamion Catulli ab exemplari deductum Hesiodi: quod & tenor quoq; carminis insinuat priscam illam facilitatem præ se ferentis, & ipsum satis declarat Catulli studium in imitandis Græcis

Thetis.
Proteus.
Catulli Epithalamion unde deductum.

udeo ut integras Elegias Callimachi modo ſenſum, modo verbum reddens expreſſerit. Sic & paſtori Paridi facile ſub trium Dearum ſimulachro Dæmon impoſuit, quæ uti cecinit Coluthus Thebanus in libro de raptu Helenæ: ἐνόμευ πατρώια μῆλα: nec ſolum patrias paſcebat oves, ſed & tauros etiam, eaq; veſte induebatur: ut rudem opilionem & bubulcum agnoſcas quæ ille latè proſequitur: Sic Lydium illum paſtorem regium annuli pala inverſa: qua reginæ ſtuprum intulit, fecit inviſibilem. Itaq; induebant varias formas Dæmones, modo Dearũ quæ dicerentur, modò Nympharũ terreſtriũ, modo maritimarũ quæ quoniã ſub undis latuiſſe ſuopte ingenio credebãtur: ut ſpectari poſſẽt, ut urere fortius: umbilicũ tenus extabãt gurgite cavo: Etiã nebulæ ſpectro occurrebãt: ut Junonẽ fabulabãtur Ixioni, ex qua ſuppoſitiũ centaurũ emerſiſſe finxerunt, aliaq; parabant præſtigia, quib. deluderẽt gentes, quib & indocto & inerudito vulgo geminatis fraudib. imponerẽt. Nec ulla erat mẽtitæ Divinitatis imago, quæ nõ ſuis laſciviis rude ſeculũ urgeret. Quin etiã Dianã ipſam: cujus ludũ in Dæmonis detegimus odiũ, virginitatẽ: quã ſe fingebat amare, ut illos fortaſſis illiceret, qui abhorrerẽt à fœda libidine, proſtituiſſe cõpertũ eſt. Sic ſub Lunæ nomine, quæ & Diana dubio procul dicebatur, preſsã direbant ab Endymione. Ab Hippolyto etiã innuit Firmianus ſub Dianæ nomine qui illuc pertinere putavit & appellationem

Lycopolites ex Ægypti Thebai de ſcripſit Calydomaca, raptum Helenæ & Peleiac Thetidis nuptias.

Giges.

Nymphæ.

Ixion.

Diana vulgo.

nem Virbii, & ſedem ubi conderetur quam diligentiſſimè quæſitam, & medicas Acſculapii vulneribus adhibitas manus. Magiæ Dæmonicæ illa omnia: ſi uſpiam pondus extat, fabulæ referre accepta debent, atq; huic Aeſculapio data eſt Magorũ merces, hoc eſt horrenda mors, nam fulmine periiſſe illum inter omnes authores & antiquiſſimos convenit, quanquã diſſenſio plurima, cujus nã cauſa ſacrilegii? AP. Virgilius Hippolyti revocati ad Vitã, Plinius Tyndaridos gratia retulerunt. PH. Steſichorus, Paniaſis, Polyanthus, Philarchus, Teleſarchus, alii aliter mandaverũt literis, cur Aeſculapius tactus de cælo fuerit? AP. Prome ſi tibi occurrit. PH. Sunt qui malint, quoniã Tyndarum non Tyndarida revocaviſſet ad vitã ictum fulmine. Steſichorus nullũ excitatũ ab inferis prodit ab Aeſculapio, ſed ſanatũ Hippolytũ fugientẽ ex Troezene: eamq; ob cauſam excepiſſe fulmen. Polyanthus maluit obſolutas ab inſania filias Præti. Philarchus ob id, quod opem filiis Phinei tulerit. Inter eos vero, qui illum voluerunt curaſſe, ut mortui revterterentur in Vitam, ſunt quibus placuit, ut eorum plerique, qui Troiano in bello ceciderunt: ſunt qui in Thebana interfectos pugna. At nõ deeſt Teleſarchus, qui non effectui ſed conatui revocandi ad vitam Orionis retulerit acceptum fulmen. Notum illud Pindari repetitũ à Tertulliano, prodẽtis arſiſſe cælitus Aeſculapiũ q medicinã nocenter exercuiſſet, Sic hac in re magis variã, quàm in cæ-

Æſculapii tragica mors.

Æſculapius mortuos revocans in Vitam.

Æſculapius arte medica abuſus.

in cæde Romuli narrationẽ invenimus. Uterque tamen à gentibus relatus in Deos, quantum vis hic latro, ille magus fuerit. Quo magis miror sibi non consuluisse virum illum insignem, qui tot magni cujusdam principis sumptibus, avorũ memoria, Trojanũ bellum, & Ilienſem omnem oppugnationẽ referre pollicitus, dum circũ describit, ut ostendat ubi Aeacides, ubi Ulysses tetendisset, raptus à Dæmone nusquã comparuit. AP. Mira refers. PH Sed comperta. Nam princeps ille & ad varios Italiæ populos, & ad Germanos & quo non? quæsitam misit virum illum: ex cujus discipulis postquã Magister periit, unus ad hoc se contulit oppidum, & sui facinoris iisq; ad meam memoriã reliquit vestigia. Nam ejus, qui furtũ fecisset, pingebat Imaginẽ quærenti, & in aqua Phialæ sacrilegiis quibusdã adhibitis, ostendebat figurã, vestẽ modumq; omnẽ, qui ab eo servatus in re auferenda fuisset. Virũ novi, proditũ ab eo, cum Amuleta involasset, & domi in arca locasset, nemine hominũ præsente, & ejus tẽporis memini, quo nunciũ superstitioni remisit, & abjuravit Magicã disciplinã. Si decẽ dies simul pergeremus non mihi satis esse putarẽ, ~~tyros~~ temporis ad exprimendas, quæ observavi modis variis proditas, Dæmonis insidias, nõ nisi justissima de causa Sathan appellati, qui semper ꝑ. adversetur humano generi: cum omnibus in rebus, tũ præcipuè in hac, de qua dicere institueramus, coëundi facultate præferenda. Quam qui negat, utpote contra nitens tot viris, q̃ se dicunt expertos, qui ex aliis

Magus à Dæmone è circo abreptus.

Secreta patefacta in phiala.

Technæ Diaboli.

al. tos.

experti essent, audivisse testãtur, impudẽtiæ nomine taxatur ab Augustino, creberrima fama testimonio, scribẽte XV. de Dei Ci- itate volumine Sylvanos & Faunos, quos vulgò incubos vocat, improbos sæpè extitisse mulieribꝰ, & earum appetisse, acperegisse concubitus & quosdã Demones quos Dusios Galli nuncupãt, hãc assidue immũditiã & tẽtare & efficere. AP. Perge oro. PH. Quãtũ ad aëreũ ptinet iter audivisse etiã te puto: nisi legeris Abarim ex Hyperboreo Rhæbi tẽplo sagitta nixũ ad Pythagoram venisse in Italiam. AP. Nec hoc ignotum mihi cõmendatum literis à quodam Philosopho Platonico fuisse. PH. Si hæc ritè succurrunt cæteris assentieris facilè. Nam totam illam Ulyssis nec volantiam à circulo cæpisse exordium, subire animũ debet. Vnde nova ista hæc nõ esse figmẽta ducẽdi Circini sed vetera vel præstigia vel fabulamenta facilè percipies quæ Latini etiã Poëtæ curarunt imitari. Nam & Scipio quoq; introducitur ferro cavare rei fossã humum, & quæ sequuntur ad Ulyssis exẽplum. Verùm vetustiora esse quæ ab Homero sumpserint exordiũ, cum umbris colloquiã, scire illi facilè queunt quib Orphei carmina hac ipsa de re cõperta sunt, quẽ non modo imitatum Homerum constat in accersendo Tyresia sed & numeros ipsos magna cura & scrupulosis observationibus assecutum. Scribit Justinus Martyr primum Iliados carmen ad exemplũ primi carminis Orphici, quod de Cerere inscriptum erat, fuisse com-

Alias Iani.

Bod l. 2. c. 7. Isidorus l. 8. Sed pro Dusiis Drusios legendũ putant.

Ducere circinum res prisca.

Homeri Ilias unde.

isse compositum: Et quanquam ritibus variis tamen appetebant omnes cõmercia functorum ita ut ad inferos dicerencur descendere, quod longo post Orpheum & Homerum tẽpore Pythagoræ contigisse ferebatur, vidisseq; illũ Hesiodi animã & Homeri dare pœnas, ob ea, quæ de Diis attulissent, ac magno illũ ipsum apud Crotoniatas ea de causa in honore habitũ, præcipuè cum retulisset, se apud inferos cruciari notavisse, qui suis uxorib. congredi nollent. Porrò de aeris trãsmisso spacio quid ambigas nescio, quandoquidẽ referre non videtur, sagittane? an scãno? an capraventorum pennas metiaris? nam quomodo vectus Pythagoras & Empedocles fuerint, nõ est proditum memoriæ: Bigane, an quadriga? an alato Pegaso? Draconibus ve? an otoribus? ut vel Venerem vel Medeam imitaretur: An potius ut Circen serpentibus bijugis, aut leonib. instar Cybelis aut lyncib. ad exemplum Bacchi, seu magis more Triptolemi jã super Europã sublimis & asida terram, ut ille frugũ, hic Philosophiæ sator veheretur, uterq; Pallade, hoc est Dæmonis astutia deceptus. AP. Audivisse (ni fallor) memini etiam de Simone Mago, qui aëreum iter tentarit, & in suam perniciem. PH. Et forte audivisti de nescio quibus Aethiopibus, qui frenare Dratones, & in Europã venire dorsis eorũ insidentes consueverunt. Nam ita proditum fertur à Rogerio Baccone, sed fides penes auditoris gnari docti q; lectoris arbitriũ reponatur, ne Dedalæos nos commi-

Inferorum desideriũ.

Apud inferos cruciantur oso-res uxorũ.

Traductio per aërem vetus.

Simon Magus.

Æthiopũ iter aereũ in Dracoꝝ nibus.

Dædalus. *comminiſci volatus exiſtimes: Qui ſi mendaces non ſunt, Dæmonicis queunt accepti referri machinamentis: Ut ſileam quomodo evanuiſſe dictus è conſpectu Domitiani Tyaneus Apollonius.* Tyaneus. *Cæterum ſuccubos & incubos Spiritus ſi admittis apud antiquitatem fuiſſe, quid eſt cauſæ, uti ad noſtram non admittas tempeſtatem, cum tot & tantis id approbetur teſtimoniis, quæ referam ſi libuerit. At de Vnguento te puto non ignorare, quæ cum Lucianus Syrus, tum Apuleius Afer mandaverit poſteritatis memoriæ: alter Græco alter latino ſermone, atq; hinc ab illo expreſſa, & κυβώτιον & πάνυ πολλὰς πυξίδας, & ἔλαιον. Quorſum igitur & arcula, & tam multæ pyxides, & oleum, ab illa muliere ſuiq; deq; verſatæ? Ipſemet declaret author,* Vnguentũ Magicum ſuriani. *ἐκ τούτου λαβοῦσα χρίεται ὅλη ἀπὸ τῶν ὀνύχων ἀρξαμένη τῶν κάτω καὶ ἀφνωπτεὶ ἐκφύεται αὐτῇ. Unctam igitur ab unguibus ſtatim volatilem factam ſcribit, ſubditq; poſt paululum, quod nihil aliud fuerit ἡ κόραξ νυκτερνὸς. Ita enim videbatur eis nocturnus Corvus, quem aut intuebantur, aut fingebant aſpicere. Neq; enim ex ipſa rei ſpecie in alienam quicquam transformari crediderim unguine ullo, cantuvè magico. Tamen Unguentis quibusdam videri delibutas ſe volebant Striges illæ: ad hoc, ut vel ſibi vel aliis apparerent, formã in aliã priori diſſimilem fuiſſe converſam Et quanquam Rhetor hic ſalſus & lepidus mutatum ſe finxit, non ta-*

men

men in avem, quanquam eodem usus esset pharmaco sed in asinum mentitus est. Proinde fœminam illam indoluisse, suspicatam pyxidis errore mutatum in asinum Lucianum. Unde variam subindicavit rei non essentiam, sed imaginem, eoqué id aptissimè confirmavit, quæ mentem animumqué Lucii se profitetur in asino retinuisse. Sed neque existimandum in mentem veniſſe illi tale somnium vertendæ formæ, nisi fama constaret Thessalis mulieribus id esse peculiare. Neque is qui postea illum imitatus est Platonicus non id confirmavit in Thessaliam se profectum dissimulans, priusquam abolita forma priore, nova se finxisset indutum, habitu, si rectè ejus verba refero, plusculo uncto, & peractis, quæ plurima memoriæ prodidit: Ut omnibus penè numeris videatur voluisse imitari Samosatenum: Quippe cum Thessalici murmuris oleiqúe magici transformantis, & amuleti rosacei reformantis mentionem fecerit. AP. Cur putas rosacei illius alexipharmaci mentionem factam? PH. Si quid ineſt solidi, censeo tractum ab Aristotele, apud quem legi, inter admiranda reponi, rosarum odore facilè mori asinos consuesse, quod & Lucianus & Lucius edocti finxerunt, disperire asinum, quo se indutos volebant: Aut quid aliud latet magicum:

Lucianus asinus factus humanam mentem retinet.

Thessalia officina Magorū. al. haurit

Rosæ alexipharmacum.

Rosarum odore, moriuntur asini.

Nam infames certè olim veneficiis erant Theſſalæ, Threſſaqúe mulieres: quibus & carmine deduci Lunam fabulabantur: & deſixa Cælo devocari ſidera: Quod erat etiam Sabinis, ut ille prodit, communicatum facinus. Bacchæ præterea dicebantur afflatæ, Mimallonumqúe & Edonidum eis facta appellatio, furebantqúe complicatis inter Thyaſos anguibus, magico præſtigio, tanta veneratione habitæ, ut magni Alexandri mater Olympias earum voluerit ritibus initiari. Exiſtimo quia videantur mendacia fortaſſis trahere potuiſſe principium, ab aliqua ſimilitudine veri. At videtur probabilius ab ipſis Dæmonum prodigiis non ſine aliquo veræ hiſtoriæ fundamento plurimis vanitatibus adumbrato, traxiſſe fabulas incrementum aliquod potius, quàm ab inſomniis, ut mandatum eſt literis à Syneſio. Neque enim ita propenſus ad rem vulgandam fuiſſet: qui ſibi viſus eſſet per quietem quicquam vidiſſe, ac ſi foris conſpexiſſet id quo in admirationem pertractus eſſet. Tot enim decantata apud Græcos veneficia, tot apud Latinos: Hinc illa Marſylæ gentis ſacerdos, quæ promittebat ſe carminibus ſolvere mentes, ſiſtere aquam fluviis, & vertere ſidera retrò, Nocturnosqué manes ciere. Hinc Circes, Medea, Canidiæ pharmaca & quæ narrata à Theocrito

Meminit Plut: in Alexandro.

Fabularū ortus.

Circe. Medea. Canidia.

Theocrito Siculo, quem Maro assecutus est, Simethæ philtra. Hæc omnia de nihilo ficta putabimus? Equidem memini apud Plutarchum legisse fabulam deducendæ Lunæ æstu quodam inventam ab Aganice Thessala: quæ cum gnara esset Lunæ defectum contingere ob intercedentem umbram terræ, persuasit mulieribus Thessalis, ejus ignaris rei, Lunam eo tempore in terras à se deduci. Aliæ fabulæ quoq; aliis vel gestis, vel æstui referri acceptæ queunt. Fuit apud Græcos quidam, nisi nomen mihi excidit, Palæphatus, qui precium operæ putavit, ostendere, quo pacto fabularum plurimis solidum historiæ cujuspiam fundamentum extitisset, in majus deinde vulgi famâ sæpè falsâ & instabili distractum. Unde illud puto Virgilij:

Luna cœlo devocata.

Docta Palæphacia testatur voce Papyrus.

Porrò notissimũ illud veneficiis fieri solere, ut homines aut essent diversi, ut quidã nugabantur, aut apparerent: quod nemo videtur jure posse inficiari, id sanè nulla impudentia, quin saltem illis id ipsum videretur. Num memores decantatas Prætidas implêsse falsis mugitibus agros, timuisseque aratrum, & in levi fronte quæsisse cornua? Quas postea ut illi rosa, sic vel à Melampo mentis purgamine, ut nonnulli produnt, vel ut quidam maluêre, ab Æsculapio artis medicæ remediis sanatas varia prodidit historia. Proinde sine ira Damo-

Prætides Eclog. 6.

num furerint, ſive morbo, diverſa illis remedia coaptavit antiquitas. Nam Dæmonibus ipſis, quo tempore penè potiebantur orbis terrarum imperio, diverſa fuit & frequens inſtitutio fallendi, non modò per templorum antiſtites, per oracula, ſed per agitatas afflatu Pythio mulierculas. Trahebant enim homines in admirationem ſui, & in præcipitia ſcelerum, ſub religionis prætextu devoluebant: Adhæc varias formas ipſi induebant. Sic Proteum apud omnes ferè Poëtas licet ſpectare variis ſeſe oſtentantem ſimulacris, ſic heröas illos, qui ad Ilium occubuêre Vinitori conſpicuos apparuiſſe dicatis dialogis Philoſtratus poſteritati concredidit. Sic Appollonio Tyaneo Empuſæ, Lamiæve dicitur occurriſſe phantaſma diverſas in figuras convertens ſeſe, & quandoq; ab oculis repente evaneſcens, atq; etiam Menippo Cynico, non ei quem Varo in Satyris æmulatus: Nam is hujus Menippi Lycij comparatione longè vetuſtiſſimus proditur, ob verſata in ſpeciem connubii, vel larva vel lamia. Videntur ne tibi iſthæc ſimilia ijs, quæ de Strigibus ætatis noſtræ proferuntur? A P. Quomodo: Nam mihi nunc utique ſuccurrunt illa verba, larva, lamia, incubus, fabulæ antiquæ, & id carmen:

Vetera ſimilia iis quæ de Strigibus hodie dicũtur.

Nota & parvorum cunis muliebre ſcelus Strix.

PH Age vero de reliquis diſſeramus, uti par queat afferri judicium de veneficijs: Innumera ſunt

cantata

cantata pocula & carmina, & pharmaca, & fabellæ, & Marsanania: nam etsi blandimentis fœmineis Metaphora quadam grunnire cum suibus dicerentur illi remiges: & fama esset arsisse Herculem Nessi cruore delibutum, & venenis Colchidis afflatos amores, planequé scitum, ejuscemodi votis obscœnæ libidinis commercia significari: Non tamen ipsa per sese, sed simul veneficia, quæ nemo nisi nolens pateretur. Propterea qué non osculo, sed gladio Circem refert Homerus ab Ulysse petitam: Qui, ut amore non captus, ita non irretitus veneficiis, quæ sine Dæmonum maligna subtilitate non nocent. Nolentes itaque tenet, atque ut velint variis utitur artibus. Libidine vulgus capit. Divitiis civili addictos vitæ: Gloria perpaucos, qui sese Philosophiæ studiis dediderunt. Illa verò convivia si partim solida, partim Imaginaria dixerimus non abhorrebimus â scriptoribus vetustis. Sic enim mensa illa solis apud Herodotum scripta: apud Solinum divinitùs existimata. Sic in Tyanei vita convivium sponsæ illius, quæ dicebatur una ènumero lamjarum, vel larvarum, vel lemurum: ubi aurea pocula, & quod videbatur argentum, evanuisse scribitur. Dæmones igitur sese hominibus insinuant variis sub simulacris, ἐμπύσας λαμίας, μορμωλυκίας dicuntur à Philostrato. Sed enim apud Esaiam Prophetam, ubi

Marsa næ- nia. Hor. Epod. 17.

Alii aliis modis capiuntur.

Convivia.

Mensa Solis.

occursus Daemoniorum citatur, Lamiæ cubile novimus. Quidam Daemones incubos interpretantur, & existimant Lamiarum supernas partes, figura humana, infernas bestiarum simulacro præsentari. Hebræorum verò nonnulli per Lamias intelligi furias volunt, quanquam in threnis Hieremiæ propheta manumarum lamiæ habita mentio est, putentque nonnulli nomen id à laniatu deductum: alij malunt à lama, quæ sit vorago, atq; inde suspicentur illud Horatianum fluxisse:

Lamiæ quæ.

Horat. arte poëtica.

Neu pransæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.

Aristoteles 7. Ethic. Diod. Siculus l. 20 Interpres Aristoph. in Vesp.

Multas quoq; Lamias in spectaculo exhibitas olim à Probo Cæsare memoriæ proditum est. Cujusmodi verò fuerit, quæ Menippum illum deluderet, aliunde quàm à Philostrato non facilè rescire potest. A quo sanè proditur Cynicum ipsum circumventum, dum sese illi simularet Lamia matrimonio jungi. Apollonium ego pariter existimo ludificatum, dum rogabatur ab ea, ut tormentis ne sæviret: jam eo deceptus, quod existimaret, pronas esse in amorem, & Venerem Lamias, & humanis carnibus vesci. Nam ducuntur non Veneris Cupidine Daemones, sed invidia, ut humanum perdant genus, nec sanguinem appetunt, aut carnes, ut ebibant, ut vorent: sed ut in tormenta ducant & animum & corpus, sempiterna. Afflant illi quidem occultam formam, non afflantur, quod non latuit Poetam præcellentem cum cecinit: occultũ inspires ignem:

resignem: *quandoquidem proditum à Strige memini, in ſimulacris Daemonũ, cum ſeſe varia ſpecie ſenſibus ingerunt, id haberi ſolitum diſcerniculi, quo pectori calor ſimul quidam inureretur, nec non calerem neſcio quem in coquendis carnibus aſſerebat ex improviſo ſubminiſtrari, quod te facilius exiſtimo reſciturum, ubi Dicaſtem audieris, quem mihi jam videor videre, cum Strige manus conſeruiſſe, ni me fallit obtutus longinqui ſpatij, AP. Conjecturam faciebam, & ex veſte, qua à civili non abhorret, & ex enſe, quo cingeris, mecum viro militari diſſerere. Sed te non modò poëtas, hiſtoricoſq; reconditos, verum etiam Philoſophos, & noſtræ religionis arcana tenere compertum habeo. Quapropter hoc ipſum quod reſtat itineris, mihi velim ita accommodes, ut inter eundum, & capto vaces eloquio, & reliqua percurras exactiuſq; narres, ſi qua ſummo digito, & per indicem quodãmodò tetigiſti, ut mihi congeram benè digeſta, & tanquam cõmanducata ea omnia, de quibus nobis eſt diſputatio. PH. Non me, ſed doctiore viro eſſet opus, nec brevi deambulatiuncula, ſed longo ſubſellio. Obſequar tamen tibi, utcunquè potero. Nam quî fiat ut non morem geram ei, quem jam deprehendi ipſis ex reſponſis inhiantem captandæ veritatis? Quare proſequar cæptã diſputationem, & quæ videbuntur ad rem facere, quantum per breve ſpacium itineris conceſſum*

Repetuntur quæ dicta ſunt.

Discrepantia narrationis de ludo unde.

fuerit narrabo. Quod convenire minimè videbantur Striges: cùm de ludo referunt, potest quidem evenire aut timore, aut memoriæ lapsu: ut sunt inerudite plurimum & rusticæ mulieres: potest & acceptum referri Dæmonum fallaciæ, qui universas eodem non afficit modo. Licet id in antiquis præstigiis deprehendere. Aliud enim in Euxino, aliud in Taurica, aliud in Italia veneficij genus. Nec pharmaceutriæ Theocriti omninò similis ea, quam Vergilius cecinit. Cæterùm in oraculis idem spectasse contigit, alia ex afflatis fœminis, alia ex hiatu terræ, alia per hominum captata in templis somnia: in Pasiphaes propterea dormiebant Phano. Ad Podalyrij quoque sepulcrum medicos olim Calabros, & Daunios jacere consuevisse legimus. In Æsculapii templo cubare solere plurimos notum est. Quod non heroicis tantummodo temporibus factitatum, sed usque ad Antonini tempora, quem Pergamum, ipsius rei gratiâ, petiisse, Herodianus est author. Legimus etiam oracula per statuas, & integras, & dimidias reddi consuevisse. Per Columbas quoque, sive illæ aves sunt, sive eo nomine mulieres, quæ funderent vaticinia. Per arbores quoque, & in Dodone, & India: id plurimi authores: hoc Magnus retulit Alexander. Inspirabatur aliis repentè furor, & cætera id genus tàm varia, quã etiam & auguria, & eorum, qui sacra facerent libamina.

Oraculorum differentiæ.

mina. Nam diversa species nefandi ritus, & execrandi sacri: diversa quoq; Cantamina Vetustatis, & quæ nostra etiam ætate scatent à prophanis, alio ritu, quàm solebant à Romanis, fiunt. A Catone seniore narrantur aliqua in libris rei rusticæ, tam contemnenda, ut nemo ferè inveniatur, qui ea legere possit sine irrisu, & tamen ab homine prodita, qui senator, qui censor fuit, qui triumphavit. Quod attinet ad motum, quo ferantur à Dæmone, aut quem ad locum pertineant, ubi sistuntur minimè tibi mirum debeat videri. Nam quod fallax est suopte ingenio, id sæpenumero multiplex & varium: Quod verax est, nititur Simplicitati: videre id licet in iis, quæ narravimus. Datur quoq; spectare in poëticis figmentis variis, atq; inter se pugnantibus, ac sæpenumero in historiis, cum duplicis aut triplicis frequenterqué multiplicis famæ meminerunt. Nec non in Philosophorum opinionibus, & in responsis, quæ promunt legum periti. Nunquam verò in Theologorum monumentis id observaveris, nisi quatenus tractent, quæ sibi, & illis, quos citavimus, sint planè communia. Nam in ijs, quæ ad ipsos propriè pertinent, nulla dissensio, hoc est, ea præcepta scitave, quæ fidem & necessarios ad salutem mores ingrediantur, omnib numeris consona sunt, & concordi voce prolata. Itaq; malignus Dæmon, dissensionis amicus, ut mendax & fallax est: Ita varius, atq; (ut ita dixe-

Motus corporum per aërem.

Versipellis.

rim) versipellis: Quod vocabulum dixêre lingua latina studiosi, tractum ab ipsis, de quibus jam locuti sumus fabulamentis, quorum ludibrio prodebatur, homines in lupos transformari. Proinde sicut antiquos Philosophos sub specie doctrinæ decipiebat: Pythagoram dico, Empedoclem, Apollonium, & ejus generis alios (namq; ius, quib. teneri facilè possent laqueis, utebatur) ita mulierculas compotationibus lasciviisq; trahebat olim, nunc homunciones etiam illicit: à quib. constat Philosophorum multos abhorruisse. Illos igitur multifariam pellexit ad se colendum sub velamento sapientiæ, sub tectorio superstitionis religionem mentita. Siquidem per doctrinæ gradus ad precationes, hymnos, oracula se conferebant, quibus assequi videbantur, ut futura præsciscerent: ut ad diversa ferrentur loca per aërem. Fiebat id ministerio Dæmonum, quod illi deputabant hominum Divinitati. Nam quo pacto aliter Pythagoram, modò in Taurominio Siciliæ, modò in Metaponto parvo intercedente temporis spatio discipuli spectavissent disputantem? Quânam via per aerem Empedocles, quanam Abaris, (unde illi facta appellatio ἀιθροβάτης) ambulavisset? Apollonium prænovisse multa qui existimat, Dæmonibus illum etiam imperitasse, si credit apprimè fallitur. Simulabat malignus Dæmon, se ab eo vexari, ut ipse sub specie jam mentitæ Divinitatis illecto, & cæteris quoq; fortius hæreret, quod ex Fine (si placet) animad-

vertat. Pythagoram seditione primum, deinde incendio voluit absumi, mox ferro curavit interimi. Empedoclem infami letho perdidit, quē ad id insaniæ devexerat, ut se putaret Divinitatem indipisci, Illudq; caneret:

Pythagoræ fatum.

Empedocles.

χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς,
Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε.

Quo lætandum sociis indicaret, se non posthac mortalem hominē, sed Deum immortalem futurum, atq; ita sic ille cecinit:

Hor. in arte.

Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnā
Insiluit.

Sed sive hac morte, sive ea, quam Democritus Troezenius narravit, cum scripsit injecto sibi laqueo ex procera corno pependisse, Damonis instinctu putandum est excessisse de vita. Neq; enim satis illi fuerat ea delusio: quæ ejus animam in diversa transisse corpora diceret: unde illud ejus carmen:

ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κόρη τε κοράς τε.

Sed etiā vocibus Damonicis & splendore Tedarum ut Heraclitus retulit, illectus ad mortem est. Apollonium fortè rapuit, cum anima simul ad interitum sempiternū, qua mors magicis videtur artibus non indigna. Nam de illius morte varia feruntur. Sunt qui Ephesi, qui in Creta, qui in Rhodo mortuum dixerint. Sepulcrū aut Cenotaphium usq; ad Philostrati tempora non extabat, quanquam pro Deo à quibusdam insanis cultus, qui mos, sicut cætera Damonis machi-

Apollonii mors.

namenta parua temporis intercapedine periit. Sic oracula post aduentum Christi desiere, quibus universis ferè, per easdem fallacias terrarum orbis irretiebatur. At qui palàm fundebat oracula, nunc garrit in obscuris anfractibus, appetens concubitus, nunc infames gentibus, olim glorioſos. Vnde illud:

Conjugio Anchiſe Veneris dignate ſuperbo.

Nec apud heroicam tempeſtatem modò, ſed tempore quoque Alexandri & Scipionis, quibus id acceſſit gloriæ, ut eos multi Jovis filios exiſtimarent, quandoquidem in anguis ſpeciem diverſatum cum Scipionis matre, & cum Olympia Philippi uxore Jovem Dæmonem, quem exiſtimabant Deum, notius eſt ex hiſtoriis, quàm ut diligentius referre debeam. Sic libidinis cupidos trahebat in facinus, & ſuperſtitionis fucum etiam intermiſcebat. Eò verò ineſcabat cupidos gloriæ, ut qui dum viverent, ejus commercia futura præcinuiſſent, mortui quoq; ſortes funderent. Hoc modo fabulantur Orpheum, qui Vates habitus, dum inter homines moraretur, poſtquam exceſſit, humanis fudiſſe oracula, caputqué illud à Treſſis mulieribus reciſum appuliſſe Lesbon, rupemq; inhabitaſſe, & per terræ ſpiramenta vaticinatum. Amphiarai quoq; Vatis & Amphilochi, & dum viverent, & poſtquam apud ſuperos morari deſiiſſent, oracula circum ferebant, quod fortè ambivit Empedocles, cum voluit Deus immortalis

mortalis haberi. Reges item post mortem bellica exercere negotia, quemadmodum Rhesum in Rhodope, nugabantur arma tractare, atq; equis & venationibus interesse. Ad hæc excitari ferebant ipsorum animas, non modo circulis illis & libamentis homericis, sed sua sponte pactisque quibusdam, quomodo refert Philostratus Tyaneo sese Achillem ostentasse, & Vinitori Protesilaum cum reliquis ducibus, qui Priamo bellum intulissent, quorum facies, mores, acta quoniam diversa ab illis, quæ ab Homero prodita sunt, nec eis consona, quæ aut Phrygius Dares, aut Dyctis Cretæus historiæ mandavêre, te moneant, quantæ sint fallaciæ Dæmonum, & cognitionis invecta mendacia, & imposita quoque moribus noxia deliramenta. Itaque cum iis, qui sapientes opinabantur, si Dæmon imposuit, si illusit ita, ut & adversa pugnantiaque crederent, & ab ipsa ratione prorsus abhorrentia, quid causa est, ut tàm sedulò demireris, nostræ tempestatis in Strigibus vana multa, delira pleraque & sibiipsis adversantia spectari? Illud potius demirare, fuisse eam Christi sapientiam, atque potentiam ut quod Regibus, quod Oratoribus, quod Philosophis gentium ante illius adventum malignus Dæmon, uti summum & admirabile, & omni sapientia dignum persuasit, id nunc homuncionibus, & mulierculis vix persuadeat hoc est, ut sese colant, ac ea quæ ipse præcepit, peragant,

Illustre Christianæ doctrinæ argumentum.

gant & quod in totò orbe terrarum omnibus in nationibus propalàm fiebat, ut glorioſum, id nunc apud paucos clam, & minutis fiat in angulis: Addeut plenum dedecore & ignominiâ. Illudque præ omnibus dignum divina gloria ſuſpice, tam eſſe Chriſtianæ fidei ſolidum fundamentum, ut non admittat malignus Demon Striges ad ſua commercia, ſi fidem ipſam non abjuraverint, Sacramenta non ſpreverint, ſalutarem hoſtiam non proſtraverint. Sic oſor ille Dei & hominum ſuis initiari ſacrilegiis mandat noſtræ religionis deſertores: Nempe quia veritati falſitas, luci tenebræ, religioni ſuperſtitio convenire non queant. Sed jam te puto fieri poſſe ejus, quod interpergendum diſſeruimus, certiorem, En tibi Strigem cum Dicaſte, ad propylea templi colloquentem. AP. Avete. DICA. Quid novi Apiſti? AP. Expetimus id à te, quandoquidẽ Phronimo hic atq; ego huc venimus, ut Strigẽ audiamus te coram, ſi modò id non ſit moleſtum, alterius mundi negocia recenſentem. ST. Heu mihi. DI. Bono ſis animo, ſine ullo metu loquere, ne dubites, quinſtem promiſſis, te quicquã mali non habituram, ſi cuncta promſeris ingenuè ſcelera tua, quæ nullo modo latere queũt: Teſtes habeo, & te inprimis, quod maximè optavi, confitentem ream. ST. Dixi, quiditerũ me excruciatis? DI. Repetere opus eſt, non modo coram duobus aut tribus teſtibus, ſed plurimis, & mox univerſo populo, ſi pœnas tibi legibus decretas

cupis

cupis evadere: Facturam te recepisti, quaecunq; mandarem, proinde spospondi tibi, me pratorite non traditurum, qui igni exurendam majorum more decerneret: Nihil aliud mando, quàm uti referas acta cum Dæmonibus in cursu sive in ludo. ST. O ludum mihi perniciosissimum, ô me infelicem mulierem. DI. Non opus est lacrymis, nec ejulatu. ST. Quaso ne me amplius vexetis, ore spatium, ut me colligam, deinde referabo, quicquid egi. DI Si vobis ita lubet, ejus ac quiescam votis. Nam meliori & animo, & voce dictura erit si in diem differamus posterum quaestiones, quib. vos interesse, si modo non pigebit itineris, libentissimè cupio. AP. Si non piguit à Gnoso ad antrum templumq; Jovis vanas Minois & Lycurgi leges audituros pergere, nec mihi molestũ erit, mille passus conficere, ut quæ jam si non veræ ex Phronimi disputatione, saltem vero similia videntur, propius certiusq; condiscam? PH. Lætor te non mihi, sed veritati, aut si adhuc ea tibi non constat, similitudini illius tantum tribuisse: ac mihi certè corporis exercendi gratia, non erit ingratum, huc ex oppido redire. DI. Manè igitur ad nos, quam desideratissimi venietis.

JOH.

JOH. FRANCISCI PICI MIRANdulani Domini Concordiæq; Comitis STRIX

sive

DE LUDIFICATIONE Dæmonum.

DIALOGUS SECUNDUS

PERSONAE DIALOGI

Apistius, Phronimus, Strix, Dicastes.

DICASTES.

ADVENISTIS tempestivi, nam Strix ipsa jam jam educetur ex custodia. AP. En vincta trahitur. ST. Siccine servantur promissa? quid adhibetis tormenta confessæ? AP. Nil tormentorum, bona mulier hùc est allatum. Phronimus hic, atq; ego spectatum, auditumq; tantummodò venimus, & quantum in nobis est, auxiliatum tibi. PH. Ita est. ST. Torquent me manicæ isthæc, & arcti vinculorum nodi, vereorq;, ne aspera magis relabar in tormenta. PH. Jubeas laxari vincula. DI. Etiam levari volo. ST. Paululum

Paululum respirare occipiam. DI. Bono sis animo, nihil eorum, quæ spospondi (confide) prorsus omittã. Modò tu stes promissis, nec aliqua in re, de qua rogata fueris ut nobis explicetur, fallas fidẽ. ST. Stabo, nec fallã. DI. Edissere nobis ea, quæ mihi seorsim excipiente Tabellione, & nudiustertius, & heri vesperi cõfitebâre. ST. Si mihi reduxeritis in memoriam percunctatione vestra, quæ mavultis, ordine eo respondebo. DI. Quærite vos, Apisti & Phronime, do veniam. Nam vobis hodiè hoc præbetur spectaculum, Adsistam ego, & monebo, ut ad rectam redeat, si præter orbitam flexerit. AP. Fuisti ne unquam ad ludum Dianæ, vel Herodiadis? ST. Equidem ad ludum profecta sum, qui si Dianæ fuerit, aut Herodiadis, nunquã audivi. PH. Dixerã tibi pridiè, ô Apisti, variis modis fallere dæmonẽ, quo tẽpore Diana colebatur à gentibus, & per terrarũ orbẽ, clarũ erat ejus nomẽ, & celebre. tùm gloriosũ videbatur inter Dianæ comites numerari, quæ, quãq; virgines dicebãtur: tamen & Nymphæ vocabãtur, placebatq; illis quidẽ Spõsa nũcupatio sed effectꝰ magis: quãquã ritu procuraretur legitimo. Nã frequẽtia ibi stupra & adulteria: ũde illa in poëmatib. Homeri repetita frequẽter: ἐν Φιλότητι μιγήτην: Cũ à fallacib. illis, sive Diis sive heroib. compressam, vel Dianæ comitẽ, vel Nymphã aliã, sive Napæã, sive Orean, aut Dryaden fabulabantur: & quanquã maritimas etiã & fluviatiles Nymphas amorib. dedi-

Ludus Dianæ sive Herodiadis.

Stupra Nymphãrum.

tas, esset receptũ gẽtibus, & vulgi cõsensione firmatũ (Leges enim, sape Cyrenẽ, Leucotheã, Cimodocẽ cateras vel fluviorum, vel pelagi mẽtitas DEAS:) tamẽ, quia in mõtes subvehi, quã in ũdis mergi salubrius, & Dianæ venatib⁹, quàm Tritonũ fluctib. diversari, gratius apparebat, Dianæ ludũ & choreas, ut illecebrosas magis adamarat. Deinde illexit alias sub specie Herodiadis Idumeæ, q̃ choreis oblectabatur. DI. De hoc Dianæ sive Herodiadis ludo etiã mẽtio in põtificiis decretis, ubi sanctio cõcilij recitatur, quo pellimagas sancitũ est. PH. Existimas, Dicaste, hũc esse eundẽ ludũ? DI. Sũt qui asserãt, sunt q̃ novã haresin malint. PH. Ego partim veterẽ illũ referre, partim scatere novis superstitionib. planè crediderĩ, ac si dixeris: antiquãe sẽtiã, recẽtẽ accidentib. (ut more Neotericorũ loquar) DI. Egregiã distinctionẽ excogitasti, qua dissolvi queũt multa, eodẽ loco pẽdẽtia: unde insignẽ erroris ansã captavêre quidã, existimantes animo tantũ, & imaginatione, nõ corpore mulierculas istas sẽper perferri ad ludũ. AP. Ergò existimas corpore sẽper transferri ad ludũ? DI. Non utiq̃, quoniã interãũ inventæ, super trabe, tãto veterno pressæ, ut plagas nõ senserint: interdũ scopis inter femora tãta vi cẽpressis, ut avelli dormientib. nequierint, quib scopis ferri seputant. AP. Quid causa putas interfuisse, uti aliquãdo vehãtur corpore, nonnunq̃ etiã vehi dũ sese autumãt sola imaginatione? PH. Quãdoq̃ præstigiũ est damonis, & vafra delusio, quãdoq̃ ipsemet Strigũ delectus. Proditũ nẽpe memini literis ab Heinrico & Ja-

Ludi Dianæ mẽtio in jure pontificio.

An corporibus transferantur.

cobo Germanis Theologis, dixisse quãdã Strigẽ, alterutro, cũ vellet modo sese illa tranare spacia: corpore vigili & quãdoq; sola imaginatione, cũ taderet itineris, tũq; sibi lecto decũbenti prõptis quibusdã execrãdis verbis nube quapiã carulea totius ludi simulacra, tãq; in scena, repræsẽtari. PH Quid respõderes adversarius? DI. Mirari primũ, quod uno ex modo itineris quadã in regione orbis quãdoq; servato ab una quapiã sacrilegarũ sodalitate, mulierũ modos omnes sacrilegiorũ, superstitionũ, magicarũ vanitatũ metiri velint, & ad omnẽ orbis plagã ptẽdere. Proindeq; tàm sapere sibi credãt, ut latissimam dæmonis ab ipsa creatione sortitã potestatẽ ánũ in pistrinũ cõpingãt. Deinde cõtextũ illũ nõ patiãtur exponi more aliorũ, q majoris omninò sũt præjudicij, ut existimãt, differre q ad nostrã pertinẽt, ab iis, quæ fidẽ spectãt Catholicã. Demũ apertè velint id nõ esse, q tamẽ posse fieri negare ipsi, nisi magna imperitia nequeãt, & factũ aliquando esse, inficias ire nõ detur, nisi magna impudẽtia, tot myriadib testiũ refragantibꝰ. Ac ne fortasse quispiã audacior diceret, se fidũ exẽplar cõcilij desiderare, & ejus, q id retulit, majorẽ autoritatẽ. (Sunt enim apud Gratianũ inversa pleraq; ppter quod inter alias fortasse causas hac habita est, ut nunquam ipsa ejus cõpilatio cõmunib sit calculis approbata ut vice legũ recepta sit, quibus reclamare sit piaculũ.) Sed ut omnia cõcedã, clausũ os adversarij videtur distinctione tua, qua perspici potest, partim cõvenire cum ludo illo cursum hunc nostra-

Varii modi vanitatũ magicarum.

Gratianus.

tium mulierc ularum, homuncionumq; partim ab illo diversum esse. Neque enim Diana hic assciscitur, aut creditur DEA Paganorum, neq; alia quapiam ea in regione per concilium damnata visuntur & multa nihilominus hic fiunt, quæ nunquam ibi leguntur facta: communia tàm cum aliis gentium superstitionibus, & iniquorum dæmonum ludibriis in pernitiosis unguentis, in puerorum sanguine innoxio, in circo, in cantamine magico, in maleficiis plurimis, in digressu corporeo per aëris intervalla: quem supra vires humanas motum, qui negaret posse à dæmone fieri, subijceretur, ut existimo, quæstionibus, ut religionis reus. Nempe scriptum est in libro illo sacro ab Usitide, viro sanctissimo perscripto, non esse in terra potestatem, quæ dæmoni comparetur. Scriptum quoq; in Evangelio, Christum Dominum super monte, super templi pinnaculo constitutum, Theologisq; omnibus pro rejudicata circumlatum, obedire ad nutum corpora spiritibus à materia sejunctis, quoad pertinet ad loca permutanda. Atq; hæc juris est disceptatio, illa verò facti ferantur istæne reipsa, nec ne. Nam, ubi compertum est quicquam posse fieri, factum an non factum id fuerit, per testes tantummodò rescitur, quos habemus innumeros. PH. Non mirum eos uno ex contextu delirare, ex quo alii comprehendunt vera. Nam, ut DEUS ex malis elicit bona: Ita perperàm instituti homines ex bonis mala conantur elicere.

Possibilitas ostenditur ex sacris.

Natura Dæmonibus obedit & quatenus.

Sic ex

Sic ex sacris literis omnes hæreses hominum malitiâ, non culpâ literarum. AP. Quæso ne interpelletis percunctationem meam. Nam postea de iis rogare in animum induxeram meum. DI. Ipsam roga. AP. Animo ne, an corpore proficisceris ad ludū? ST. Et animo & corpore. AP. Quodnam isti ludo nomen est factum? ST. Dominæ ludus à nostris æqualibus & comitibus dicitur. AP. Quo ibas modo? ST. Ferebar non ibā. AP. Quo? ST. Scamno mallei linarii. AP. Quí fieri potest, ut id feratur nullo ferente? ST, Ferebat Amasius. AP. Quinam? ST. Ludovicus. AP. Homo fortassis, qui eo pollet nomine. ST. Non homo, sed qui hominis in effigiem se præsentebat dæmon malignus quem putabam DEUM. AP. Miror Christianum hoc nomen sibi aptasse dæmonem cunctorum osorem hominum. PH. Miraris vocabulum hoc à gentibus ad nos deductum imposuisse sibi eum, qui etiam in angelum se lucis transfigurat. AP. A gentibus, inquis? PH. A gentib. inquam, nam nec Græca nec Latina lingua, aut exemplo, aut origine demissum id nomen (nisi fallor) unquam invenies, Litavicum tantummodò lego in Commentariis Julii Cæsaris, unde & Luysium parcè detortum Gallica linguâ, mox latina Ludovicum, quo ille refertur. AP. Non contendo præsertim hoc tempore, quo cum nostra Strige mihi sermo est institutus. PH. Dixi, quod mihi videtur, paratus auscultare prudentiori. AP. Sed oro, sincerè pandas tuos amo-

Dæmon Ludovicus & unde id nomen.

res bona Strix. ST Quid cupis rescire? AP. Homo tibi videbatur? ST Homo præter pedes, quos sẽper ex anſere videbatur mutuatus, sẽper geſtabat, inverſos ita, ut retrorsũ ferrẽt veſtigia. AP. Quid cauſæ putatis eſſe, ut facie reliquis q̃ mẽbris referret hominẽ, pedib ãſerẽ imitaretur? DI Hoc omnib. in libellis quæſtionum leges, diabolũ, ſive dæmonẽ, ſive Satanã dicas, effigiẽ præ ſe ferre, hominũ, præter pedes q̃ ſapè quidẽ sũ admiratus, & cõjectatus id eſſe in cauſa, ne humanã ſpeciem ex integro mentiatur, nõ permiſsũ illi, ut pedũ ſimilitudinẽ reddat: & pedes quidẽ præ aliis mẽbris, cur reliquo nõ cõsẽtiãt ſimulacro fieri potuit, quoniã affectº p̃ pedes in myſticis eloquiis deſignari cõſueverũt, quos p̃pter ea inverſos & præpoſteros gerat. Cur verò anſerẽ præ aliis animantib. effingere greſſu voluerit, mihi fateor penitús incõpertũ, niſi aliqua in anſere latentior ſit proprietas, q̃ malitiæ queat aptari. Verùm nõ memini ab Ariſtotele tale quidã obſervatũ, quin verecundiã potiùs. ſi ritè recordor, tribuit ei avium generi. PH. Poteſt ex antiqua gentiũ ſuſpicione, quasdã etiã reliquias occultiores ſpargere voluiſſe generis humani publicº hoſtis, cui ſub Inachi, & ſub Inachidos ſimulacro quondam ſacra fiebant ex anſere: hinc illa:

Nec defenſa iuvant capitolia, quõ minus anſer
Det jecur in lances, Inache laute, tuas,

Seu, ut quidam legendum malunt:

Det jecur in lances, Inache, vacca tuas.

Plinº author eſt, dari ſolere Inacho, fluminis Argivi Deo jecur ãſeris, q̃ avis aqua gaudet. Quod

Pedes Dæmonis anſerinæ.

Pedes in ſacris affectus notãt.

Anſer avis verecũda.

Ovi. 1. Faſt.

verò Inachìdi ꝓbatur, eoq; ex Herodoti historia, rescitũ est, Aegyptios sacerdotes anserinis carnib. assuevisse: illic autẽ Isis, q̃ Diana est habita, magna supstitione colebatur. Anseritẽ cane sagacior, ut ille ait, mirũ in modũ turbat silẽtiũ noctis facilimè, cui nocti Dianã præesse autumabãt. Ejus autẽ avis fortasse damõ simulacra desũpsit pedũ, indicaturus, ut illa ꝓvigil est avis, & expers somni, cùm opº est intẽtà custodia: Sic ad ludũ illũ ꝓperandũ & in eo ꝓnoctandũ & delitijs vacandũ esse. Cujus alitis etiã pars aliqua inlibidinem mulieres excitare diceretur. Potuit etiam esse amoris cujuspiã occultioris & ĩmanioris judiciũ, cũ ꝓditũ sit memoriæ, anseres alieni generis appetiisse libidinẽ: notũ apud Plinìũ de puero nomine Olenoargis & Glauco Ptolomæi regis Citharædo, quorũ amore capti anseres memorãtur, quo in loco memoria lapsũ arbitror Plinìũ, quoniãnõ Olenũ nomine puerum sed Oleniũ patrio nomine, Amphilochũ fuisse retulit in æmatorio libro Theophrastº. Nec illud usq; quaq; absurdũ quoniã in delitiis mensæ, palmæ pedũ anseris quõdã habitæ sũt: significari voluisse, mẽsæ Deliæ dapes exquisitissimas, ac Aethiopicæ Solimẽsæ præponẽdas, cui nõ leguntur anserum pedes appositi, quos adhuc Messalinus Cotta torrere non excogitasset. Hæc mihi magis arridẽt, quàm ꝙ sapiẽtiæ nomine celebrãdi eò videãtur anseres, ꝙ cũ Lacyde Philosopho diversati etiã ín balneis ꝓdãtur. Namq; hoc genus consuetudinis simile putaverim libentius ei, qua cum Dracone Locrensis Ajax diversatus fuerit: nec abhorrere à familiari voce ea, qua

Anser turbat silentium noctis.

Socratis aures circumsonabant: aut ab ea, quam vaticinatam fuisse Atridis, & Laomedontiadæ prolatum est memoriæ apud Poëma, quod sub titulo de lapidibus fertur acceptum Orpheo, nec ab omni ratione prorsus abhorrens, ut indicatã putemus velocitatem itineris, qua ferantur ad ludum, quandoquidem nullam avem legimus tantum itineris confeciſſe pedibus, quàm anseres, quos à Morinis usq; Romam pedibus veniſſe, Plinius est author. PH. Heus tu, aliane unquam forma pedes ostendebat, quàm, ut sic dixerim, ansericia, cum ad te veniret? ST. Nunquam alia. AP. Quo pacto accedebat? ST. Et vocatus à me, & sapè sua sponte. AP. Humanamè semper effigie? ST. Nunquam niſi humana dum meum expeteret concubitum. AP. O qualem cõcubitum vetula rugoſa! ST. Heu mihi, heu mihi: DI. Quid expaveſcis? ST. Videte, videte. DI. Vbi? ST. Ad murum. DI. Qua in effigie? ST. Paſseris DI. Salaciſſimæ nunc avis reddidit simulacrum non abhorrens à colloquio mulieris laſcivia ſuperantis omnia portenta libidinum. AP. Miror, quod nemo prater illam intueatur hanc paſseris ſpeciem. DI. Nemo quidem intuetur. AP. Mirandum profectò. PH. Quo pacto miraris? cum Lydi illius paſtoris, cui Gyges nomen, non mireris annulum, etiam à Platone, Ciceroneq; celebratum. DI. Fit non tantum in ſpectris malignorum dæmonum, ſed etiam in divinis prodigiis, ut quæ palàm fiant, à paucis quandoq; videantur,

Paſſer avis ſalaciſſima

Gygis annulus.

deantur: ac ut cæteraſileam, illud Martini capiti aſſiſtens lumen fuit à pauciſſimis perſpectum: de quo diſſerit Severus Sulpitius, Et illud affulgens Ambroſio commentanti ſolus Paulinus aſpexit. Sed ut hoc præſens dæmonis ſimulacrum à ſola Strige viſum ſit: cauſſam facilè referam in amicitiam, quam cum illo conſtitutam habet: Ea ſit, ut ejus non oculi ſolùm, ſed imaginaria poteſtas habitu quodã feratur in amatum. Nudiuſtertius tremefacta retulit ipſum amatorem in anguis formam ſpiris in volutum conſpexiſſe. PH Sic apud gentes in anguis formam, ſic etiam in avium ſpeciem. Nam corvos itineris duces Alexandro fuiſſe petenti Hamonis oraculum legiſti. AP. Vtiq; & Dracones, ſi ritè lecta recordor. PH. Num illos fuiſſe Dæmones corvina ſpecie ſuſpicaris? Eos quoq; geminos corvos, quos inter admiranda numerat Ariſtoteles, templum in Caria circumſtetiſſe, quid tibi videtur mirum, cum legeris apud Plinium, animã vagam Hermotimi Clazomenii, & Ariſtea Proconeſii corvinam illam ſpeciem prodire ab ore ſolitam? Quam ejus eſſe animam nugabantur omnibus non perſpectam, ſed quibusdam hominibus. Minus quoq; mireris ſi noviſſes: quod Ariſtoteli proditum eſt, & ab aliis repetitum de Thaſio illo viro. AP Doce, quæſo, quod illi feratur contigiſſe. PH. Obſervatum identidem ipſius ante ora ſimulacrum, quod aliorum obtutibus hominum minimè patuiſſet. AP. Ergo credi ſine ani-

Prodigioſa non cernuntur ab omnibus.

Dæmon forma anguis.

Corvi gemini.

De eo Ariſtoteles.

Morituri vident spectra:

mi levitate potest, morientib⁹, ut ferũt, benignos malignosq; spectari quãdoq; Spiritus in assũptis corporibus quos nõ intueantur alij. PH. Quid ni: cũ tot præclaris viris & creditũ sit, & ad posteritatẽ literis cõmẽdatũ. AP. Recessit nemetus? ST. Recedit ex uestro colloquio, atq; præsẽtia. AP. Tãtũ neformidas amatorẽ? ST. Olim nõ formidabã: sed postq̃ in custodia posita sũ, & eo invito nostros amores cõfessa mirũ me in modũ pterrefacit, ad carceris hostiolũ & parvã fenestrã assistẽs, quãdoqdẽ me increpat, pollicetur q; auxilio fore, si obstinatius reticuero. AP. Cũm ad ludũ pgebas, nihilne tibi unq̃ incutiebatur timoris? ST. Nihil prorsus. AP. Quotidiè illuc pergebas? an statis tẽporibus? ST. Ea nocte, q̃ secunda post Sabathũ, & ab eo hodiè quarta. AP. Interdiu ne quãdoq; te cõferebas ad ludum? ST. Nunquam. PH. Hinc etiam cognoscas licet vetustæ superstitionis reliquias, si tibi revocabitur in memoriam.

Tempus.

Nocturnis Hecate triviis ululata per urbes.

Quæ alio nomine Diana & Luna, ad quã preces fundi solere à mulierib. proditũ est à Pindaro, cũ mares soli de rebus amatoriis supplicare cõfuessent. Nox enim dicabatur, hujuscemodi colloquiis & adventante die terminus eis imponebatur. Vnde illud.

Nox.

Et me sævus equis Oriens afflauit anhelis.

AP. Fortè subest aliud negocium latentius. PH. Quod? AP. Id, cujus Menander meminit: ὦ νυξ σοι γὰρ δεῖ πωλεῖσθον ἀφροδίτης. D. I. Vterq; vestrũ scitè, sed

ſcitè, ſed humanè diſſerit, divinitus ego profectũ oraculũ afferã nõ Apollineũ aliquod vanũ, ſed q̃ ab ipſa veritate ipſoq́ manavit DEO. AP. Profer. D!. Qui malè agit, odit lucem. PH. Id ſanè quàm veriſſimũ. AP. Sed tu, bona Strix, cur non aliis noctib. choreis Dianæ, ſive Herodiadis, ſive ejus, q̃ nuncupas Dominæ, non interfuiſti? ut clarius loquar, cum Dæmonũ præſtigio (nã Dianã non eſſe DEAM ex Chriſtiana religione reſcivi, nec Herodiadẽ, nec dominari ſpiritus immundos homini ſatis cõpertũ habeo) cur, inq̃, non interfuiſti, aut viſa es intereſſe? ST. Neſcio. AP. Parabas te an expectabas eũ, q̃ te ferret? ST. Circulo facto ungebãme, & equitabã ſcãnum, Inde ſubvehebar, & per aëra ferebar ad ludũ. Quãdoq́ hoſtiã conſecratã calcabãin Circulo, eiq́ ſtatim aderat Ludovicus, quo utebatur ad libitũ. AP. Quod nã id unguẽtũ? ST. Ex infantiũ ſanguine maxima ex parte cõfectũ. AP. Quid ungebas? ST. Hẽ pudet me fari. AP. O impudentiſſimã Dæmonũ meretricem, quod nõ puduit facere, pudet dicere! ST. Quid mirũ? AP. Effunde venenũ, vipera: quid ungebas? ST. Partes, quib. ad ſedendũ utor. AP. Quàm pudiciſſimè reſeraſti. Sed noſſe aveo quãta erat intercapedo tẽporis à diſceſſu domus ad ludi cõgreſſũ? ST. Parva. AP. Quãtula? ST. Minor horæ dimidio. AP. Quantum diſtãbas à terra, cùm vehereris? ST. Juſtæ turris altitudine. AP. Sed quid fiebat in ludo, ſcire maximè velim, quare, bona Strix, ſi me auxiliatũ tibi cupis veniſſe, q̃cũq́ illic gerebãtur, diſſerere ne pigeat

Vnguentum Magicum.

Acta in ludo Dianæ.

& tanquam repræsentare mihi vestrum ludum.
ST. Cum ad Jordanem ventum erat. AP. Jordanem? quid audio? PH. Hoc ad Jordanem iter tàm parvo intervallo temporis confectum? existimo mendacium esse Dæmonicum: nam, quò majora mulierculis imponat ludibria, & magnificorum locorum quæsitis vocabulis, eas majori tenet irretitas vinculo. Dimidio horæ corpus humanum ex Italia ferri in Asiam nequaquam admittendum. Sed inde fortè aucupatus fabulæ colorem Sathan, quod Herodias illic habitaverit. Sed miror, quod non in Scythiam profectas insimulet ad aram Dianæ. Quod fortè factum ab eo fuisset: si tàm familiare illis nomen Scythiæ, quàm Jordanis: quem norunt, quicunq; in sacris domibus Evangelium recitari meminêre, nec satis conveniens est ludo, sed immanissimæ cædi, Tauricum illud non sacrum, sed sacrilegium, ad flumen aliud vicinum forte fortuna illas ducit, quanquam sunt, quæ fatentur, se non ad aquas ferri, sed ad montium cacumina. DI. Mihi non videtur impossibile, ferri ad Jordanem saltem duarum horarum spacio, ut ferè convenire inter ipsas Striges accepi earum ex ore. PH. Tantum igitur intercapedinis, quãtum inter nostram hanc patriam, & terram Syriam, Phœnicemq; interjacet, eas dimetiri putas? DI. Potest Dæmon pro libitu movere corpora. PH. At non est consequens, ut tantillo temporis moveat, sive super terram, Illyrium versus & Thraci-

Celeritas translationis non incredibilis.

& Thraciam ſiniſtrorſum devehãtur: ſive dextrorſum per Africam terram: ſive recta Jonio Magno Aegeoq; transmiſſo ſupra Corcyram, Peloponeſum, ſupra Cycladasq; Rhodon, Cyprũque deſpectantes, Jordanis ripa conſidant. DI. Quid prohibet? PH. Tui doctores. DI. Quo prohibent modo? PH. Eo, quo Thomas vetat, totam à Dæmone molem poſſe loco moveri, ipſa repugnante natura: qua vetatur, integrum ordinem rerum, Elementorumq; diſiici atq; diſperdi. Eſt enim contra humani corporis naturam, ut tanta celeritate feratur, qua ſimul & conſervetur, & intereat. Vivunt enim: quas neceſſe eſſet interire, impetu aeris, quandoquidem natura ipſius vel mutata magno eſſet impedimento. Si rarefieret, maximè verteretur in ignem: ſi denſa magis redderetur, majore niſu, velocitatis curſum præpediret, quod ſi totum moveres aërem cogitatione tua, ut ſua Ariſtoteles firmavit cœlum, tum etiam & Philoponus apud Græcos, & Scotus apud ſuos adhuc te contra ſtarent, intraneam quantitatis obÿcientes naturam, qua ſe poſt ſeipſum corpus per magnum illud inane aëre nullo repletum, ferri oportet, atq; ita abhinc in Aſiam ſecluſo quocunq; impedimento reſiſtentis flatus: multò plus temporis, quàm interponi dicant, abſumeretur. AP. Rogo iſtas ſubtilitates in aliam diem excutiendas differatis: Ludum explica. ST. Cum eò perventum eſt, conſpicimus actutum ſedere Dominam cum ſuo amatore.

Thomæ ſentẽtia dè poteſtate Dæmonũ.

Præſes ludi quis.

Præses ludi quis.

matore. AP. Quis nã ille? ST. Ignoro. Novi tantùm pulcrũ esse hominẽ, atq; aurea indutũ veste. AP. Sequere. ST. Ibi hostias cõsecratas afferimꝰ Dominæ, Tùm illa grato animo, hilariq; vultu acceptas poni super scãno jubet & proculcari, & lotio perfundi. AP. Quis tibi has dedit ad ludũ ferendas? ST. Pernius Sacerdos, hoc in oppido natus. DI. Scelestissimus & nequissimus omniũ, quos aut novi unq; aut ab aliis notos legi. Hunc mille flagitiis deprehensũ judicavi exauctorãdum sacris, & tradẽdũ Prætori, q; de eo statim supplicium sũpsit decretũ legibꝰ. AP. Cæptũ nõ intermittas eloquiũ. ST. Comedimꝰ, bibimꝰ, cõcubuimꝰ: quid ampliùs nosse desideratis? AP. Per partes, ut explices volo: Quid comeditis? ST. Carnes, & alia, quæ in cibũ solẽt quæri. AP. Vnde vobis illæ? ST. Occidimus boves sed reviviscunt. AP. Quorũ? ST. Eorum, quos habemus odio vinumq; de vasis haurimus ad cõpõtandum. Deinde suum quæq; mulier Dæmonem accersit ad explendã libidinẽ suam, quiq; viri ex Dæmonibus amicam supponunt sibi. DI. De bobus videntur Indibria. PH. Similia sunt iis, quæ ille fabulatus est. AP. Quæ! βύρσας ἐρπȣ́σας ϗ βοῶν κρέα μυκώμενα. AP. Similia sunt sanè. Quid enim differt repens corium bovis, & semicoctas mugire carnes: ab hoc præstigio complicatæ pellis jam bovis, & exurgentis inpedes? PH. Tali enim monstro faginam Argivis carinam misisse vocem admiserunt, & Achillis equum vaticinatum. Qui enim loquẽtem Xanthum non reÿcit, ab eo putamus reÿci-

Cibi appositi.

endum aut Pegasum, aut Dædalum, aut eum.
Qui Lybici spolium referens memorabile monstri
Aëra carpebat teneram stridentibus alis.

AP. Sed si recipis ipse volantem Strigem: cur subrides, cum illud legis?

Parrhasiæ vexerunt Persea pennæ.

PH. Nihil video, si arte Dæmonum facta putas, si hominum aut ope, aut ingenio, etiam irrideo. Nec simile arbitror monstrum homini, aut equo pennas ad volandum fingi, & equo linguâ esse, ad vocem inflectendam in verba: Quandoquidem nullo miraculo fit, ut aviculæ multæ articulatas, quibus assueverint, voces reddant. Quanto facilius substantia Spiritali vel prava, vel proba poterit jumenti lingua ita verti, ut sermo proferatur. AP. Fieri id posse dicis? PH. Quid ni? cum æqua sit naturâ: AP. Exemplone id firmare posses? PH. Vnico in sacro Numerorum volumine reposito, cum Ariolo Balaam locuta scribitur asina: Idq; ope angeli factitatum Theologis proditur, Cum nihilominus ne-sciret ipsa quid loqueretur, ducta ejus lingua ad id promendum: quod commodum erat Hebræorum exercitui, cui prôbum ipsum Spiritum præfuisse, memoriæ proditum est: Ut sileam, quæ de locutis bobus gentium historiæ prodant. AP. Scimus, nec ossa, nec carnes inesse Dæmonibus, quomodo comedunt, quomodo coëunt: ST. Sunt similes carnibus, & ossibus indutæ ab illis particulæ & crassiores quam sint mortalium. AP. Posses ne rei cuipiam ea conferre?

Vnde brutorum voces.

Asina Bileam.

ut indicium nobis præberes, quo membrorum nobis cognoscendam similitudinem insinuares? ST. Nescio, nisi quod crassiora sunt humanis, mollior ág; è stupa densata & compacta, constructa, etiam bombasio planè similia. AP. Stupam quidem intelligo Phronime, Bombasium non intelligo. PH. Xylinam prætulisse lanuginem crediderim. ST. Id rei intelligi volo, quod in lodicibus, infarciri solet. AP. Rem teneo, perge ST. Ubi saturata libido erat, domum referebamur. AP. Ibi ne te unquam invisebat? ST. Sæpenumero, & me quandog cum ad mercatum irem, rediremq; comitabatur. Ac memini diem, cum vesperi ex oppido discessissem, regressura domũ, ter congressum mihi, priusquam ad limen appulissemus. AP. Quoto distat à mœnibus tua casa spacio? ST. Circiter mille passus AP Passeris idcirco præ se tulit spectrum. Sed mihi sanè venire non potest in mentem, quid sibi velit hic concubitus. PH. Vt lupulis istis fiat satis, si tamen esse queat satis iis, quæ lassari dicuntur, non satiari. AP. Nec item fieri potest, ut animo capiam, unde nam illis constet voluptas. DI. Tantâ referunt se perfundi, ut affirment in terris non esse similem. atq; id pluribus de causis evenire posse conjector primum facie, quam sibi sumunt desertores illi spiritus, gratissima. Deinde membrorum magnitudine non vulgari: nam & illâ vincent oculos, & hâc occultiores compient partes, præterea q; fingunt, se captos ipsarum amo-

rũ amore, quo nihil gratius miseris mulierculis. Queũt & fortasse cõmovere intrinsecus aliquid, quò magis oblectentur, quæ cum viris nec secus evenire puto iis, qui Dæmonibus abutuntur succubis, quandoquidem scelestissimus ille sacerdos, cujus antè memineram, dicebat, sese magis cum Dæmone, cui nomen Armellinæ fuerat inditũ, delectari, quàm universis, quib. cũ coïerat mulieribus, & ne putetis cognovisse paucas, etiam sororis habuerat notitiam, & ex ea filium sustulisse ferebant. Illud certè in quæstionis libellis repositum est: tamq̃ propenso flagrabat Armellinæ cupidine, ut sæpè secum in foro cæteris non videntibus haberet comitem, ejusq̃ jussu & pueros infantes quos ritu Ecclesiæ susceperat baptizandos, remitteret illotos domũ, & hostiam non consecratam populo sustolleret adorandã simulato gestu verbis cõficiendi Sacramenti, uti impietatem occuleret, & si quando eam ritè cõsecrasset, versis in contumeliam pedibus, ejus figuræ, quæ ibi solet imprimi. Tollebat in altum, reponebatq̃ dandã Strigibus ut ferretur ad ludum. Dæmonicus ille amor tot scelestorum erat caussa facinorum. Eodem furore alius Florinam ità refert appellari, tàm amat ardenter, ut mihi dixerit sæpius, dum de eo quæstiones haberem se mori malle, quàm eam deserere pulcherrimam fœminam. Ita eam nũcupat, cujus cõsuetudine, & illecebris ãnos quadraginta delectatus sit, eoq̃ devenit insaniæ, ut aliũ esse

Impietas Sacerdotis

Florina.

DEVM non existimet. Is, fortè si panitere vellet, asservatur adhuc in carcere: Sed ne solùm putetis in religionem committere, qui tali amore capti sunt, pars eorum Athei, pars DEI contemptores & ejus, quam sunt professi, desertores fidei, & in Rempub. extremè peccare condiscatis. Surripiunt aliena, maleficiis omnia contaminant, adulteriis stupriscz penitus immerguntur, pueros necant, eorum sanguinemcz exugunt, cient acerrimas tempestates, grandine vastant agros tanta strage, ut mitius egisse videantur, qui fruges antiquitus excantarunt, cum in eos lex lata est, in duodecim postea tabulis reposita. AP. Ergo non solùm ab externis bonis, quæ terra parit, sed etiam à cœlo, ambientecz nos aëre damna moliuntur? DI. Eam interroga. AP. Tonitrua commovisti? ST. Et sæpè. AP. Grandine petivisti segetes? ST. Nec semel. AP. Quo ritu? ST. Agebam circulum, statimcz sese Ludovicus eò conferebat, non in viri, sed in ignis forma, tumcz fulgura, & tonitrus, & grando super illis maximè campis, quos cupiebã affici calamitate, AP. Cujus rei gratia stragem moliebaris? ST. Odio, non gratia. PH. Dæmones ipsis in carminibus quodammodo perstrepentes legi: cum sub DEORVM illos nomine, veneficia illa, aut sub ejus persona, poëta ingeniosus ita ciebat:

Gravitas sceleris.

Tempestates cient magi.

Ovid. metamorph.

Quorum ope cum volui ripis mirantibus amnes,
In fontes rediere suos, concussaq; sisto,

Stantia

Stantia concutio, cantu freta nubila pello,
Nubilaq; induco, ventos abigoq; vocoq;.

& quæ ſequuntur. Sed noſtra hæc Strix, Medeâ potentior, grandinem etiam citavit, & advexit in ſegetes. At mentes quoquè hominum illecebris, quibus ſenſum demulcent, pelliciunt in facinus. Nam illud

flammisq; ſeveri
Illicitis arsêre ſenes, nec noxia tantum
Pocula proficiunt, aut cum ſurgentia ſucco
Frontis amaturæ ſubducunt pignora fœtæ,
Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni
Ex cantata perit,

renovatum quodammodo noſtro in hoc oppido vidimus. Sacerdos ille duos, & ſeptuaginta natus annos erat, cum flammis è ſarmentorum genere profectis pepulimus ejus flammas, quẽs ferebatur in ſuccubam. Alius quintum & ſeptuageſimum ſupergreſſus annum: alius, qui octogeſima vidit ſolſtitia, eodem in ludo octies, in mẽſe diverſabantur. Itaq; complurium teſtimonio compertum eſt, neq; enim unam Strigẽ, aut duas tresvè, ſed multas, nec tres aut quatuor, qui ſuccubis utantur Dæmonibus, ſed majore numero deprehenſæ ſunt, referũtq; ipſi ad duo millia hominũ frequentare ludũ. AP. Mares tres aut quatuor nomine celebres poſteritati tradidit ãtiquitas, pleraqùe igitur Medeæ, multæ Canidiæ, nec una tantùm Eriſtho noſtra tempeſtate. PH. Miraris ſexcentas haberi Medeas, cum

tibi sit notum, sine admiratione una in urbe bis sex millenas Circes (sorores enim habebantur) inveniri AP. Rem teneo neq; enim per latebras aut anfractus quærere sensum ænigmatis oportet. PH. Hac itaq; tempestate, quâ in pejus ruere omnia videntur factum mira providentia reor: ut plerisq; modis in animis fidelium hominũ, ad religionẽ longè lateq; propagandam, firmatum iri voluerit fidẽ DEVS ipse. AP. Quibusnam modis? PH. Tribus maximè. Rerum prædictarum eventu, miraculis divinitus peractis, & ejusmodi nefandi ritus retegendo scelere. Nã ad amussim, bella, famẽ, pestilentiam, evenisse comperimus, tot annorum curriculis prænunciata divinitus, quibus, qui sine fide essent, ut magnitudine calamitatis obruerentur. Ita facilè vel casu, vel fato quodam suspicari possent effecta, ni vigeret fides excitata nuper hoc modo in oppido, tot miraculis, quæ ut per se fidem confirmant Christianã, sic ex accidenti etiã corroborat Strigum confessio. Quapertestium ex omni sexu numerosam multitudinẽ, Dæmonas esse malignos cognoscimus adversos Christianæ veritati, quam omni conatu, quo magis perdere & infuscare moliuntur, tanto magis fit, ut erigatur longè lateq; refulgeat. AP. Ritè deduxisti. Sed tu bona Strix & pueros etiam necasti? ST. Plurimos. AP. Gladio, an fuste! ST. Acu & labris. AP. Quomodo! ST. Ingrediebamur noctu domos inimicorum, & amicorum, etiam quandoq; reserebantur nobis

Religio Christiana tribus reb. firmata.

Striges jugulant infantes.

bis januæ, dormientibusq; parentibus arripiebamus infantes, quos cum ad ignẽ posuissemus, forabamus acu sub unguiculis, & admovebamus labra, suctuq; tantum sanguinis, quanto repleretur, extrahebamus: Hausti sanguinis pars deglutiebatur, pars adservabatur in pyxide ad cõficiendum unguentum, quo nates abluantur priusquam deferebamur ad ludum: DI. Ne credatis, aut mentitas aut imaginatione somnioq; tum diversari in domib parentum, quorum filios interficiunt: Inventi sunt pueri lactantes pertusis digitis, & obducta sub unguiculis cicatrice. AP. Miror pueros cum pungerentur, non vagiisse. ST. Sopiuntur ita, ut non sentiant: Sed expergefacti miros edunt ejulatus, agrotantq; & interdum moriuntur. AP. Cur non obeunt universi? ST. Curamus nos edocta remedia, quibus inde nobis provenit lucrum. AP. A quibus edocta? ST. A Dæmonibus. AP. Probabile id mihi non videtur. PH. Non ignorat vires herbarum Dæmon, quas homines etiam novêre, nec tamen debes ignorare. multas in Aesculapij templo medendi regulas inscriptas olim, quas inde sumpsisse Hippocratem, & in suos libros contulisse, memoriæ proditum est. Multa quoq; vulnerum & venenorum remedia mãdata sunt historiæ per somnum reperta. Nec non in templis Pasiphaës & aliorum, qui Dii putabantur, ut ante patefactum est, dormire solitos legimus, qui morbis

Dæmones monent de remediis.

Aphorismi Hippocratici unde.

quærebant opem sibi per quietem revelandam.
AP. Quid vobis vestri promittunt amatores?
Promissa dæmonũ. quid sperare jubent? ST. Vitam, divitias, illecebras, quibus fruimur, continuas. AP. Nummos ne unquam tibi largitus est? ST. Aliquos olim dedit, qui evanuêre, pauculos mihi reservavi quadrantes. AP. O ingentes divitiDivitiæ. as! quid si Cræsi Gaza clauderetur in Sponsionibus, multoq; magis, quæ Alexandri fuit, quadraginta millibus mulorum vecta, si Curtio credimus, aut si Plutarcho μυρίοις ὁρικοῖς ζεύγεσιν καὶ τετρακισχιλίαις καμήλοις. PH. Satis huic hominum feci videtur, si tantas voluptates præstet, quantis nec Sardanapalus, nec Smyndirides, nec Straton abundabant. AP. Humanæ illæ, quanquam obscœnæ, haridiculæ & vanæ. PH. Vanas neutiquam dixeris, eo si vocabulo notasti commentitias, imaginariasque. DI. Ego quidem partim veras existimo, hoc est, ipsa re consistentes, partim inanes, & nulla rerum basi fundatas, præsertim, quæ proferuntur à quibusdam de transformatione, deq; bobus jam comestis, & revocatis ad vitã, conjectis in reservatam, & extentã pellẽ ossibus. Sed quæ per aerem ferantur, interdum etiam sæpenumerò comedant, bibant, incumbant, succũbant, id neutiquam abijciendũ, tanquã falsũ & abhorrens à veritate. Possem vobis plurima præclarissimis asserta testibus narrare, nisi verer, ne vos defraudatos expostularetis, quasi

tempus audiendæ Strigi concessum vobis eripuerim. AP. Differas oro, in diem posterum. DI. Ille quæstionibus aliis jam deputatus est: Sed si mecum prandere in animo est, quanquam ruri, tamen non deerunt obsonia, ad tolerandam famem. PH Non est recusandum amici convivium eo nomine magis dignum, quo minus cibi, plus sermonis apponitur. AP. Utrumq; placet, altero corpus, altero pascitur animus. DI. Percunctamini à Strige si quid mavultis, vicarium hunc relinquam tantisper, dum redeam: Nam mensæ præposito, quid efficiendum sit, intereà mandabo. AP. Signum aliquod habebas, quo ille se conferret vocatus inter circulum? ST. Si secessissem, & bis vocassem. AP. Qua de causa non ter aut quater? ST. Ignoro: Ita enim instituebat, enixeq; monebat me: ne ter vocarem. AP. Quid hæc in re sentis Phronime? PH. Dæmonum ista pacta ab ipsomet pendent, nec solum aperta, cujusmodi hæc habentur, sed etiam occulta, de quibus & noster Augustinus, & alii verba fecerunt. Nequaquam tamen crediderim, naturalem inesse causam huic binario, nec indicare eo voluisse puto mysterium Dyadis à Mareta Chaldeo, per Pythagoram ad Platonicos devolutum, sive is Zaretas vocandus est, Origenis more in lib. Φιλοσοφουμένων, sive scribendum Zaratas, quo utitur verbo in designando Pythagoræ præceptore Plutarchus Chæroneus:

Dæmones bis vocantur, non ter.

dum Tymei Dialogi particulam interpretatur, seu magis Zaradas dicendus sit: cùm in lib de legibus à Theodoreto Theologo citentur ζαραδᾶ νόμοι: quid enim Damoniaca de re cum hac Thestili philosophandum? Sed potius hic latere aliquem dolum fallacissimi hosius existimo, aut ut sanctissimæ Trinitati, quæ DEUS est, non consentiat etiam in voce, aut ut avertat magis à nostræ consuetudine religionis, aut alia, quam ignoramus, fallacia prodita antiquis gentib. sub pari numero, quem volebant, dicatum inferis, ut imparem superis.

Par numerus inferis impar superis dicatus.

AP. Perplacet sed an (Strix) tibi constabat ab amatore delusam esse. ST. Nunquam. AP. At cum evanidos conspiciebas nummos? ST. Quoquo modo, sed non advertebam, redibat enim identidẽ, & multis me illecebris obligabat. AP. Quid ille petebat à te, cum tibi tanta pollicebatur, cum tecum habebat rem, cum ardore te, & se miro tui captum amore simulabat? ST. Nihil aliud, quàm Christi fidem reijcerem, nihil in eo spei collocarem: Sed ipsum amatorẽ, ejus vice colerem, genu ipsi flecterem: DEVM meum existimarem.

Sathanas coli vult.

PH. O pessimum Spiritum, verè Sathanã, apud Hebræos adversarium, apud Græcos Diabolum, apud Latinos calumniatorem! Excogitari ne potuit calumnia major in DEUM? quam ut suis verbis gestiret illi præripere Divinitatem: & sibi eam arrogantissimè & mendacissimè prorsus adscribere, unde fortè nomen adamavit Dæmonis,

sive

ſive quæ ſcientiam, ſive quæ timorem indicaret, ſed ſtruere calumnias illi præcipuum. Sic primum hominem illuſit ſub Deorum nomine. Vnde Calumniatoris exortum vocabulum, Juſtinus Philoſophus & Martyr aſſeruit. AP. Sed quo pacto diſcernebaris ab aliis, qui religioni Chriſtianæ vacant. ST. Nullum erat diſcerniculum, ad ædem ſacram quadrageſimæ tempore ſacerdoti confitebar, hoc ipſo dempto, omnia delicta: Accedebam ad altare, cum miniſtraretur ſacra hoſtia, nihil inter me, & alias mulieres intererat. Nec hoc mihi vetuerat amator. Solum monebat me tacitè, dicere quæpiam, & facere clàm nonnulla, quib. peractis nihil amplius requirebat. AP. Effare cuncta. ST. Feſtis diebus cum eſſem (ut fit) in Eccleſia, & alta voce legeret Sacerdos, præcipiebat, uti ſummiſſa ego dicerem voce: Non eſt verum, mentiris. Cum verò tolleretur ſupra Sacerdotis caput hoſtia, ut averterem oculos, jubebat, utqué flexis poſt tergum manibus, ſub veſte digitos (ita ut nunc aſpicitis me facere) complicarem. Deinde me nihil omninò referre ad Sacerdotem de noſtris amoribus, & commercio, nihil de iis, quæ pertinerent ad ludum, enixè mandabat. Cætera dicerem, non dicerem, exiſtimabat nihil referre. Mox cum mihi appulſæ ad aram ponerentur in os cõſecratũ Chriſti corpus, volebat ſenſim me illud educere, abſterſione buccæ ſimulata, & emunctorio linteolo cõvoluere, deferendũ ad lu-

Dæmon quid ſignificet.

Calumniator.

dum, ut illi eis, quos accepisti, modis illuderetur. Duas quoq; hostias consutas veste gerebam mecum quibus præstari dicebat mihi, ne confiteri possem, quærogabar à Judice, quo urgente & minante tormenta, jussit malignus ille, ut in trullam conjcerem, quam mihi custos Carceris paraverat. AP. Paruisti? ST. Parui misella, remq; prodam maximè horrendã: cum baculo illas confregissem, emanavisse sanguinem animadverti. PH Meæ nequaquam aures posthac hausuræ talia non sunt. AP. Nec meæ. PH. Dicasti redeunti ad nos, si placet, occurramus. AP. Perplacet occurramus. DI. Secedamus in hortum paulisper, & deambulando fortassis obsonabitis famem, illa reducatur in carcerem. AP. Nunquam in animum induxissem meum, potuisse tot scelera excogitari. Ego quidem priús facilè ignovissem huic hominum generi, cum existimarem levitatem esse in causa, ut in hunc maximè inducerentur errorem, præstigiisq; deludi Strigem credebam. Nec ipsas jurarem non deludi. Sed, ut nunquam religionis Christianæ veritati non assensus sum: Ita parcendum tàm impiis ejus temeratoribus non consentirem. DI. Si effecero, ut constet hoc ad Christianam pertinere religionem, & tot adduxero testes, ut non credere ferè non queas, multa esse in ipso ludo, quæ verè, & uti nos dicere consuevimus (verbum hoc mihi, si placet, condonato) realiter peraguntur: Puto te obstinacius non

cius non reluctaturum. AP. In neutram adhuc partem inclinat animus. DI. Dic, oro, vidistine mortuum quempiam suscitatum? AP. Non vidi. DI. Credis mortuos posse suscitari? PH. Non ibit inficias: Cum apud Poëtas id sit decantatum, apud Philosophos etiam scriptum, & inprimis apud Platonem ab inferis mortuos resurrexisse. AP. Non acquiesco in re tam seria, tantiq; discriminis, aut Poëtis, aut Philosophis, sed Evangelio. DI. Alia de re, quæ non contineatur in sacris literis, Exempla proponam: Credis exire naves è Gadibus, & è portu Vlyssiponis Lusitaniæ easq; modo conversas in Zephyrũ per viginti plus minus stadiorum Myriadas, ferri ad terram tàm vastam cujus adhuc ignotus sit ambitus: modò impellente Zephyro per Atlanticum pelagus ad Indicum sinum appellere. AP. Quid ni credam? DI. Cui credis? AP. Tot mercatoribus, qui dicunt, se tale iter peregisse: ἐπ' ὠρέα νῶτα θαλάσσης: DI. Eosne allocutus es unquã? AP. Ego quidẽ nunquam, sed cum eis mihi fuit sermo qui ea propriis aurib. hausisse ab iis qui navigârunt, affirmavêre. DI. Nõnè possent illi te deludere? AP. Sed quis ambigeret, viros graves mendaciis delectari? DI. Si ego tibi non pauciores numero, non minores gravitate testes produxero in medium, qui ferri ad ludum Striges jurejurando etiam cõfirmavêre, qui Dæmones muliebri specie succũbere viris qui mulieribus, tanquam viros incumbere Dæmonas,

Mortuorũ in vitam revocatio.

Autoritati suus locus reliquendus.

adacti

adacti Sacramento confessi sunt nonne acquiescces: PH Aut imprudentis viri, aut pertinacis esse censeretur, ni id faceres. AP. Quā obrem? PH. Quoniam cum multi aliqua una in re conveniunt animo, & in ea confirmanda, una voce consentiunt non debet verisimile videri, ut quispiam refragari jure queat nisi forte aliqua inductus ration- sit quæ tātarum habeatur virium, ut communi illo consensu firmatam opinionem demoliatur quam tibi affore neutiquā ipse crediderim. AP. Hoc tuum Epicherema nonnihil haberet roboris, si nō applicaretur rebus quæ supra naturam viderentur, sed quæ in communi usu hominum versari soleant. Propterea non repugnavi in navigatione classis Hispaniæ, Dianæ ludo repugno. PH. Multo magis adversari quit posset prædicantibus Indicum iter, quàm ludum nocturnæ Hecates, quoniam illud non fuit ullo modo cognitum antiquitati, signa tantummodò quædam reperta, quibus ex India quondam ad Hispaniense littus, navigium nescio quod, appulisse memorant. Nunc ex Europa per pelagus Aethyopicum navigatur in Indiam, & jam pictis tabellis signati sunt portus & littora. Præterea non cognitæ modò vetustati Insulæ fuère miræ magnitudinis, quæ nunc inventæ sunt, Sed nunquam cujuspiam voce prodita terra illa vastissimi tractus nostra ætate cōperta. Quam si Philosophi, qui plures imaginati sunt mundos, in rerum esse natura, cognovissent,

Navigatio Indica tam incredibilis quam iter ad ludum Dianæ.

Plures mundi.

vissent, eo fortassis argumẽto ducti, majori cum ratione videri potuissent insanire. Earum certè nec Strabo, nec Ptolomæus, verbum fecêre, nec qui habiti fabulosiores meminêre. De Strigibus verò & in veterum & Neotericorum libris aperta mentio. AP. Propendere animum, jam jam mihi nescio quo pacto sentio, ut in tuam vergat sententiam. Sed testes, quos ducere in medium pollicetur Dicastes libenter audirem, & si quas haberet, præter eas, quibus est usus, rationes. PH. Inconstantis animi signum est vacillare, ac modò illuc pergere modò isthuc inclinare, nam prius ea, quæ dicebamus, si non vera, certè tibi verosimilia satis apparebant, subinde repugnabas, & jure tibi pugnandum esse contendebas, nunc propensione quadam animi ferri te nostram in sententiam fateris, quibus de rebus instabilem colligo sententiam, Si non Ironia te usum fortassis existimarim, nempe assuetum poëtarum ludicris, aut Dialogis in Socraticis diversatum: E quibus certum quiddam & statum corrogari, vel nunquã vel magna cum difficultate potest. AP Nihil dissimulo, nec judico tecum mihi esse opus Ironia, sed in re tanti præjudicii nollem assentiri temerè: Commodius mihi videtur (modò cum modestia id fiat) subdubitare. Atq; hinc inde, modò tibi, modò Dicasti retegere mei animi imbecillitatem, tanquam vomicam Chirurgo. Est enim (si rectè memini) à magni nominis viro prolatum,

tum, pedetentim gradiendum esse in rebus ejusmodi, quæ captus nostros facilè superare videntur, ne si contemnantur statim impia nobis obrepat fraus, quæ verò, si actutum suscipiantur, superstitio nos anilis irretiat. Ego quidem, etsi fui dubius animi, & ambigendum mihi videretur, nunquam tamen obstinato animo sum reluctatus, PH. Si sic affectus es, ut intellectu, non voluntate velis hac in re uti, benè utiq; de te sperandum, sed illud semper, cum in omni re, quæ discrimen afferat, tùm in hac præcipuè, de qua disserimus, observato, ut nunquam præcedat intellectum affectio. Sunt enim, qui ordine præpostero in doctrinæ studiis gradiantur, prius quid verum sit, sua voluntate decernentes, quàm ipsum mente considerantes verum. AP. Magna teneor siti nosse, quid allaturus sit in hac re Dicastes, quem ad nos redire conspicio. Non queunt enim non præclara esse, si promissis stare voluerit. PH. Sed antè nostram eximere famem oportet, mox & tuam sitim. DI. Paratum jam prandium, & in multum diem disputationem protraximus, cum corporis, quod satis est, ad quotidianam ejus ruinam instaurandam dederimus, quod reliquum disputationis fuerit, aggrediemur.

Cognitio antecedat censuram.

JOH.

JOH. FRANCISCI PICI MIRANdulani Domini Concordiæq; Comitis STRIX

sive

DE LUDIFICATIONE Dæmonum.

DIALOGUS TERTIUS.

PERSONAE DIALOGI

Apistius, Phronimus, Strix, Dicastes.

APISTIUS.

POSTQUAM exempta fames epulis mihi, Dicaste quæsitor, liceat à te scisciterì ante omnia id, quod animo meo non scrupulum, sed lanceam intulit, si concedatur verum esse, quod ab illa Strige nostris est auribus ingestum. DI. Liceat ut lubet. AP. Non satis mihi faciunt, quæ dicuntur, à quibusdam, dum isthæc portenta vitiorum tolerantur, fieri aliquando judicium in subterraneis locis, quo debita luant supplicia, qui sese sceleribus immersêre. Num satius fuerat, si prohiberentur, quàm si plecterentur

si plecterentur admissa: DI. Satius utiq; si id referas ad eum, qui commisit scelus, à quo si abstinuisset, utiq; sibi ipsi consuluisset egregiè. AP. Cur permissum ut committeretur, Num divinius putamus futurum fuisse, si divinitus vetaretur: DI. Vetitum quidem lege, non actione. AP. Cur actio illa permissa? DI. Quia libera, & in hominis arbitrio reposita. AP. Num melius erat eum, quem inisthæc inpietatis præcipitia lapsurum DEVS noverat, nunquam natum. DI. Melius omninò quo ad ipsum attinet in scelere usq; ad vitæ finem perseveraturum, si matris in utero fuisset extinctus. AP. Si nunquam fuisset, putas ne illi melius? DI. Cui? AP. Ipsi. DI. Inanis quæstio, quandoquidem hæc ipsa tam sibi adversantur, ut alterum perimatur ab altero, & ipsi quod concipimus, nihil esse, ei quicquam nec prosperi continget, nec siniſtri. AP. Cur igitur summa DEVS bonitate eum, quem ad æterna tormenta noverat, creavit. DI. Propter ipsius summam bonitatem. AP. Quî hoc fieri potest? DI. Eo potest, ne DEI bonitas infinita vincatur ab humana malitia, atq; in hanc sententiam respondisse dicitur Petrus Apostolus Simoni Mago, eandem penè roganti quæstionem, si rectè habitam inter ipsos disputationem, Clemens literarum monumentis retulit. Videretur utiquam à tàm sublimi creandæ animæ beneficio, nempe infinitæ potestatis opere cessare propter hominem, ipso abusurum beneficio, Adde quod, si ad universas

Cur Deus magicas artes toleret.

Colloquiũ Divi Petri & Simonis Magi.

Propter improbos Deus à creatione nõ absistit.

universas DEI monstratas mundo virtutes advertas animum, justitia sese exerit eos amplexa, quibonitatis & clementiæ munia fugere maluêre, quàm sequi; nec propter ea aut extinguitur, aut minuitur misericordia, minus plectens, quàm justitiæ deposceret rigor. Eoqúe sæpè de scelere quicquam boni oboritur ex malis, eductum à DEO ipso, quem adeò bonum prædicat Augustinus, ut mala evenire non permitteret, nisi majus inde bonum aliquod voluisset elicere, quod sæpè numero si non semper, eruditis viris, quanquam non vulgo deductum inde conspi itur. Sint hæc pauca tibi exempli gratia pro multis. Venundatus à fratrib fuit justus Joseph eximio fratrum crimine; nil ultra requirit imperita multitudo, sed viri & eruditi & imbuti pietate cognoscunt, ex eâ impia mercatura Josephum penè regem Aegypti constitutũ, patrem, fratrem, familiamq; omnem ab interitu liberasse, atq; inde & multa & magna secuta fuisse mysteria Ex Tyrannorum tormentis, & patrâtis cædib. Martyrum resplenduit & virtus; & gloria. Demum quid plura? Ex Christi morte, DEI eximia patuit bonitas, universi generis ab æterna morte redemtio, & reserata porta pietati atq; justicia. AP. Exemisti scrupulum, quo infestabar, si inter veritates, id quod audivimus, reponendum erat. Nunc id, unde sequatur historiam esse ludum hunc, non fictitium com-

Malis Deus ad bonũ utitur.

Joseph vẽditus.

Ludus Dianæ res vẽra non ficta.

mentum, ut facturum te recepisti, differe. PHR. Historiam omnem recepturus es? AP. Minimé, nam Samosatena illa meraciſſima fabula cum ſit, ſub veræ tamen narrationis titulo circumfertur, ſed & plurimæ adeò ſunt incertæ, adeò duplicis famæ, ſæpequé multiplicis, ut parùm diſtare videantur à fabula. PHRON. Ritè ſentis. Nam ut inter fabularum tenebras, quanquam nonnihil interluceat veri, ſic inter narrationes hiſtoricas, quæ inter ſe pugnent, unam fortaſſe veram invenies, cæteræ falſitate cum labent, neceſſario ſunt inter fabulas computandæ. Neqúe enim verum cum verò rixari poteſt: Proinde mihi videor ſcire, Dicaſte, quid ſibi vellet Apiſtius. DICAST. Quid? PHRON. Hiſtoriam teſtibus comprobatam plurimis, cui non collocaretur ex adverſo vel majoris, aut paris authoritatis alia. APIST. Senſum expreſſiſti meum D. C. Polliceor me oſtenſurum, pertinere ad Chriſtianam religionem, ut ludum hunc exiſtimemus fieri, & hiſtorias plures inter ſe non adverſas, ſed maximè conſonas afferam, & Strigem huc vobis reducam: Hic illam tu ſiſte, & quando ejus es cuſtos carceris, jurejurando etiam adigendam, ut fateatur verum, multa quoqúe eorum, quæ vobis adduxero teſtimonia, ex hominibus ſacramento adſtrictis accepta ſunt, & poſteritatis memoriæ mandata veritatis comprobandæ gratiâ. APIST. Edifſere. DICAST.

Autoritas indubitata fidem facit.

Poſſem

possem vos ad libros relegare magna cura de hac re compositos, sed quanquam Phronimo id non esset ingratum, qui se in omni scriptorum genere versatum ea, quam habuit, disputatione, præ se tulit: Tamen Apistio id non faceret satis, qui non multum hausisse literarum videtur, quæ politiores sunt, & eos omnes libros, qui nitore & cultu carent, aversari. APIST. Damnas forte, Dicaste, Rhetorica figura isthac elegantem aut carmine, aut prosa oratione sermonem. DICAST. Nequaquam. APIST. Videri tamen nonnulli solent, qui Parisienses tantum literas, hoc est per quæstiuntulas chartis exaratas, (nam vidi elegantis & accurato stylo Parisiis scripta ab ipsis indigenis volumina) dum callent, perosi sunt orationem continuam, aptè, distinctè, ornateque compositam. DICAST. Eorum ego in numero qui reponar? Cui planè perspectum, ita Joh. Chrysostomum, Basilium, tres Gregorios, græcè: Hieronymum, Augustinum, Cyprianum, Ambrosios alios latinè ita fecisse. APIST. Etiam carmina scribere? DICA. Carmina certè eorum plerique: ut desinant dicere, illis temporibus non fuisse id scribendi genus. Nam hostibus fidei etiam carminibus resistebant. Nec desunt etiam nostra tempestate, qui ad sacra nostra facilius eloquentia pertrahantur, quæ modo casta sit, ea sanè tàm non potest damnari, quam optimum &

præclarum inter homines bonum, cui & ratio, & majorum ſuffragatur autoritas. A P. Qui nam illi libri, & quonam editi tempore. D I. Plures habentur, ſed alii annis ab hinc ſexaginta editi, unus ætate noſtra. A P. Qui autores. D I. Belgas credo, aut Germanos fuiſſe, illius verò quem poſtremò retuli, duo ſunt authores, ambo germani, qui uno malleo tundere maleficas procurarunt, & magis & juſtius, quam Nicocreon Cyprius Anaxarchum Abderiten. A P. Quo ſtylo compoſiti? D I. Eo, qui Pariſienſis vulgo dicitur, perquaſti unculas, ſed multa ſubtilitate, quantum ea res patitur, & ut mihi videtur, veritate ſanctorum virorum nixa teſtimoniis, nec mihi ſolum id, ſed multis quoque viſum Theologis, cujus poſtremi voluminis exordium cepit à Pontifice Max. finis Cæſaris authoritate comprobatus eſt. Laudatum publicè librum novimus ab iis, qui ſacras profitebantur literas, in Agrippina Colonia. A P. Mallem mihi per te Dicaſte narrari, quæ ad noſtram rem faciant, ſive inde ſive aliunde velis promere, quod ſermone mihi magis noto, in me refundas. Nam & Phronimus hic cum adſit diſputationi, ut multa alia quæ eis in libris non exiſtimo contineri, diſſeruit. Ita plæraque fortaſſe non grævabitur adjicere, nec non Strix, quæ jam approperat

Autores mallei veneficarũ.

Laus libri.

perat, prater ea quæ retulit, nullis ad hue comprahensa libris, alia fort assis cumulabit. DI. Morem geram, hactamen usus præfatione venia, ut mihi, si quid fortè vestris auribus insvetum promam, penitus ignoscatis, quandoquidem, etsi latinas græcasq; literas adamavi plurimum: tamen haud minori studio versatus sum inter Theologos, qui posthabito cultu verborum dignoscendis rebus vacavêre. PH Minor est verborum jactura, quàm rerum: qui utrumq; præstare potest, antecellere iis, qui altero tantum nituntur, semper existimavi: Sed si altero carendum est, rerum cognitionem postponendam vocabulis nunquam putarim, quanquã tu, ut ex sermone collegi tuo, poteras abstinere ab hac culpæ deprecatione. DI. Dicam ut potero latinè. Primum omnium satis constat, eum qui dæmones esse negaret, à Catholicæ Eccleſiæ limine deijciendum, ut pote sacris literis multifariam, ipsiq; inprimis Evangelio repugnantem. AP. Hoc omni dubio procul uti verissimum admitto. PH. Ejiciendus etiam esset ab Academia & à Lycæo, quando apud Platonem Platonicosq; omnes multa dæmonum mentio, à qua non abhorruit Aristoteles, quandoquidem in Ethicis, in Politicis, in Rhetoricis ejus nominis memor, ut cætera sileam loca. DI. Sed hæc differunt à nostris, quod bonos illi & malos Dæmones existimabant, Malignos ipsi omnes asserimus, quos quanquam Sathanæ & Diaboli notemus appellatione tamen

Studium rerum præferendum verborum cultui.

Minor verborum jactura quã rerum.

Negans Dæmones alienus ab Eccleſia est.

Dæmones nulli boni.

dæmonis etiam nomenclatura signatos constat. Hinc illa Prophetæ verba: Omnes dii gentium Dæmonia: & Apostolus inquit, nollem vos fieri socios dæmoniorum. Et illa quoq; ab Apostolo prolata: dæmones credunt & contremiscunt. Ad hæc dum maleficia, in excantandis frugibus, in dissolvendis & ligandis maritalibus thalamis, in torminibus, quæ præter naturam fiunt, moliuntur, pacto ea dæmonum fieri, nulli sano homini dubium fuit, atq; hinc apud Theologos & antiquos & recentiores, apud sacras literas, & Canones Ecclesiæ Romanæ, legesq; Cæsareas multa præcipiuntur. In Deuteronomio malefici & incantatores jubentur interfici. In libro Levitico Ariolos & Pythonico spiritu usos, lapidibus obruendos lege cautum est. In XXIIII. & XXVI. q. decretorum, quæ Gratianus collegit, pleraqué licet inspicere. AP. Apud Augustinum in lib. de Civitate DEI, de Christiana doctrina tàm multa legi possunt, ut pauca præterea requirantur, uti ne meminerim juniorum Theologorum, qui non paucis in locis adversum maleficia disseruêre, sed & apud Civilia Jura in Justiniani codice multæ contra maleficos & Mathematicos collocatæ sunt leges. PH. Et apud Philosophos quoq; juniores, tam Platonicos quam Peripateticos pleraq; visuntur quæ huc possunt pertinere, Jamblichum dico, Proclum, Porphyrium. AP. Uti non abnuo, dæmonas esse, eorumq; malitia multa

Maleficia fiũt ex pacto Dæmonum.

l. 3. & seqq. C. de mal. & math.

posse

posse perpetrari, ita mihi quæ ad hanc rem propriè pertinent, manifestari cuperem, eant, ferantur ne ad ludum corpore, non voluntate duntaxat & inani spectro DI. Torquere multos quidem consuevit hæc quæstio, occasione sumta de verbis Concilii, cujus facta mentio est, quæ verba 5. quæstione, sexta causæ supra vigesimum leguntur, unde creditum quibusdam corpore nequaquam ejusmodi ludis mulierculas & homunciones interesse, sed mente. Quapropter alii dixêre, ludum hunc novam esse speciem hæreseos, a billa antiqua superstitione diversam. Alii eandem prorsus, sed ibi fieri querelam tantummodo & decerni pœnã iis qui existimarent, Dianam esse Deam, aut Herodiadem, & corpus humanum vi Dæmonum verti in variarum animantium corpora, & quæ raptum fortasse mentis ita discerni, dum fit, assererent, ut dignosci eo, probeq; non posset internosci, corpus neferatur, eò, quo mens ascendit, quandoquidem Paulus Apostolus id se dixit ignorare: sed cum feruntur istiusmodi striges corpore, non rapiuntur animo, & si raperentur, diversa esset natura raptus, à diverso profecta principio. Vehuntur autem volentes, & vigiles ad choreas, ad convivia, concubitusq; nocturnos, quæ de re probata est mihi tua disputationis hesternæ distinctio Phronime, qua veterem quo ad essentiam, novum, quo ad accidentia ludum hunc maleficarum decernebas. PHRON.

An Magi vetè interfint ludo Dianæ.

Raptum, non esse imaginarium.

Si circum in antiquis dæmonum superstitionibus reperi, si unguentum, si cantamina, si per aëris spacia humanorum corporum digressionem, si paratas epulas, si concubitus, sub specie virorum & mulierum, quid reliqui est, ut non existimemus, vetus esse scelestorum Spirituum cum perditis hominibus commercium? Quod autem nonnulla reperiantur in hoc spectaculo dæmonum, quæ plerisq; præbentur nunc, quæ non antiquitus leguntur exhibita, causas etiam aperui planè relatas, in versipellem astutiam osoris hominum maligni dæmonis, qui aptavit artes fallendi, ut variis modis homines in præceps variis illecebris pelliceret. DI. propterea placuit, quod attuliſti. AP. Corpore igitur ferri putatis? DI. Corpore interdum puto ferri, interdum ita posse deludi facilè crediderim, ut malè affecta imaginaria potestate existiment, se ferri corpore trans Gargara, transq; sonantem Ascanium, trans & Amazoniis ululatum Caucason armis, pennis etiam dædaleis, ut sic in somnis volitare se putent. Sed non propterea quæstionibus subjiciuntur: quid nobis? corpore an mẽte domi aut Sardib inambulẽt? Sed quoniã fidẽ quã sũt professæ, negavêre, sacramẽtis illusêre Christo contẽto Dæmonẽ coluêre, maleficia plurima perpetravêre, propterea in eas inquirim⁹, & cõvictas scelerus sive regibus, sive regulis aut eorũ prætorib. plectendas tradimus, non solũ freti antiquis Ecclesiæ juribus, sed novis etiam, atq; identidem repetitis

Quid in magis puniatur.

repetitis Innocẽtii octavi primũ, deinde Julii secũdi, maximorũ Põtificũ: sed tamẽ cave ut existimes plurimam eorũ partẽ corpore nõ trãsferri PH. Monui pridiè hũc Apistiũ, Dicaste, ne quod omnes aut plurimi, ut probabile opinentur, ipse abijciat ut incredibile. Est Aristotelis Elogium: Quod omnes proferunt, id falsũ omninò nõ esse. Quo quidẽ persuasus Thomas Aquinas inter cœlites sua pietate, inter præclarissimos doctores suá scientiá numeratus, existimavit, maximè in secundo cemmentario in Theologicas sententias, incubos & succubos Dæmones esse, quoniam multi & præclari viri in eam sententiam iviſſent: Proinde Apisti, quod tàm publica receptũ est fama, tanto consensu eorum qui in literis benè audiunt, receptum, non abominare. DI. Optimè illum monuisti, atq; uti major huic possit haberi fides, huc accede Strix, jurato, & sacrosancto hoc libro, quem submisi tuis manibus, te tali jurejurando adactam scias, ut si fefelleris fidem, si vel minimum mentita fueris, nec apud nos veniam, nec apud futurum seculum, te putes inventuram. ST. Juravi. DI. Corpore ne an animo ferebaris ad ludum? ST. Et corpore simul & animo. DI. Quomodo scis te sublatam per aëra ipso cum corpore? ST. Quoniam his ipsis manibus dæmonem, qui Ludovicus dicebatur tangebã. DI. Quid tãgebas? ST. Ejus corpus. DI. Tale ut unius cujusq; nostrum? ST. Mollius. DI. Aderant ne alij? ST. Maxima turba. DI. Ita omnes quotquot un-

Quod omnes asserũt fãlsum non est.

quam subjeci quæstionibus etiam sine tormentis asseruêre, ita quotquot alii quæsitores percunctati sunt, una voce respondisse commemorant. Quanquam sciunt, hoc non esse in causa, ut torqueri debeant, aut plecti, sed propter non servatam fidem, quam promiserunt: Tamen uno ore tàm mares, quàm fœmina, sive in hoc oppido, sive alibi terrarum ita loquuntur. Dicam historiam non fabulam: ante paucos menses in arce oppidi illa, quam vides munitissimam, tam vastis ambitam fossis, tàm altis præcinctam muris, gestabatur puer infans à matre, ut fit, in ulnis, eum cum Sacerdos sceleſtissimus ille, de quo supplicium sumptum est, ut fortè conspexit, (nam cum affine arcis custode colloquebatur) actutum arsit ad suctum. Proinde longior ipsa dies visa, quàm iis quibus tenebris opus est, ubi nox appetiit, sublatus à Dæmone, & per aëra devectus est ad domum, ubi puer ipse jacebat in cunis, exsuxit ejus sanguinem tantà copia, ut evanida quadam umbra, non humanus puellus esse videretur: causa palloris & morbi penitus incomperta, qui incendio adjudicatus, veniam sceleris perpetrati petiit, à parente ipsius pueri, cujus tenerrimum sanguinem exsorbserat, super altis illis mœnibus eundo, & redeundo. Eat nunc & Anthropophagos jactet antiquitas, & nostra miretur ætas in Eoi maris insulis inveniri homines, qui carnibus vescantur hu-

Historia memorabilis.

Anthropophagi nostri seculi.

tur humanis, cum in media Italia, in ora cultissima, & ab omni remota feritate, Dæmonum malignorum instinctu inventa sit numerosa sodalitas, humano pasta sanguine. Sed revertor ad te Strix: qualis coïtus cum aëreo corpore? ST. Nescio quali corpore, sed tale novi, ut oblectarer magis, quàm cum meo viro. DI. Num tibi pavor & horror incutiebatur, scienti Dæmonem esse? ST. Non videbam, nisi humanum quiddam præter pedes, qui non ita sese offerebant aspectui, ut vultus, ut pectus, ut cætera membra. AP. O qualem aspectum? PH. Talem, ut absconderetur sævitia, & livor, mollitiesq́; & reliqua, quibus illiciebamur, monstrarentur. In expetendo in sylvis Adonis concubitu, fingitur Venus venatricis obiisse munia, scilicet ut venatorem illiceret: unde Poeta ingeniosus:

Nuda genu vestem ritu succincta Dianæ,
Hortaturq́; canes, tutæq́; animalia prædæ.

Nec non Anchisæ pastori non aliter illusit, quàm congrueret viro, qui ruri degeret. Sic apud Homerum in hymno canitur, quomodo sese Admetæ virgini similem præsentaverit, & magnitudine & specie, unde illa, γῆ δ αὐτῷ προπάροιθε διός θυγατήρ ἀφροδιτῷ παρθένῳ ἀδμήτῃ μέγεθος, γε καὶ εἶδος ὁμοιη.

DI. Dic latine. AP. Dic hodierno more. PH. Non semper arridet successus temeritati, in vertẽdis Græcis ex tempore. DI. Verte si potes rectè, si minus utrumq́. PH. Anchisen stetit ante Venus,

Jove

Jove nata Tonante, Admetæ ſimilis puero forma, atq; figura. DI. Quid ſibi putas voluiſſe illam ſimilitudinem. PH. Satis quæ præcedunt & ſequuntur, oſtenderunt. Nam illum petiit ſeorſum à ſuis ambulantem bobus, & ſolitariũ, ſplendoreq; excivit & gratia, in admirationẽq; pertraxit mortalem ſe fingens, & narrata longis ambagibus genealogia, Deinde ad concubitum illexit. AP Legi ſane & Anchiſen dediſſe pœnas, fulmine ictum prædictumq; illi ita fore, unde illud carmen: ζευς τε χολασάμενος βαλέει ψολόεντι κεραυνῷ, Et quanquam proditur cauſa vulgati criminis eâ mulctandum pœnâ, tamen antea ſignificat, quicunq; Dearum expetiſſent concubitum, eos cœlitus malè habitos. Sic & Semelem fulmine ictam fabulabantur: nec ab eo longè abſum, quin exiſtimem ſecutos hac in re Callimachum, quanquam ſecus proditur ab Ovidio, Tyreſiam lumine captum, ob cõgreſſum cum Pallade vel habitum, vel expetitum, tametſi honeſtiore vocabulo id finxerit Callimachus ei eveniſſe, quod nudam Pallada cõſpexiſſet. PH. Quid igitur? AP. Quoniam ſimulata omnia, ficta omnia aut reor aut ambigo. PH. Exiſtimas priſcis illis heroicisq; temporibus apparuiſſe Dæmones, quos ex noſtra religione non dubitas eſſe malignorum Spirituum genus. AP. Quidni? PH. Cur expetiviſſe illos mulierum concubitum ſub ſpecie viri, virorum ſub ſpecie mulierum non credis? AP. Quoniam carnei non

Anchiſes fulmine ictus.

Semele.

Callimachus unde excæcatus.

nei non sunt, ut veneriis oblectare queant. PH. Dictum sapius, non ejus rei causa, sed fallendi gratia id contigisse. AP. Feruntur tamen Deorum Dearumq; filii, pridieq; dictum à te recordor, fundamentum aliquod substitisse fabulis. Vnde igitur semen in maribus, in fœminis partus? quibus ex rebus pueri prodeunt infantes? PH. Non de nihilo dubitas quando etiam ex sacræ Geneseos à Moyse narratæ quopiam loco: dum mentio filiorum DEI & filiarum hominum haberetur, quidam ejusmodi significatos congressus putaverunt: Nonnulli adjustam & injustam progeniem maluerunt referri. Verùm non ideò putandum, si qui filii dicerentur Jovis & Apollinis, ut ij existimentur ex Dæmonum seminibus orti, quibus ipsi carent, sed ejus hominis filii, à quo semen, quo illi utuntur, desumtum est. Qui enim succumbit Dæmon, (ita mihi dicere liceat) fœmina, id est sub simulachro fœmina, idem Dæmon dum mulieri incumbit, subviri specie semen indit genitalibus in particulis. Itaq; mulier quæ ex illo concipit spermate, concepisse putanda est ex illo viro, â quo illa ipsa genitura defluxit. Si qui verò dearum filii falso credebantur, veros ex alienis mulieribus partus subtraxisse, Dæmonem existimandum, & præsentasse iis, quos illudebant, atq; ita decepisse iterum, ut suppositos infantes pro suis alerent. Quo pacto si qui contendere cuperent in eis, quos Deorum Dearumq; filios autumavit antiquitas:

Libidinib. quid quærant Spiritus.

quitas: nullum fuisse mendacium (quod equidem non existimaverim, cum plaraq; fabulosa non dubitem) hoc pacto & ortum Aenex & Achillis in Græcia, qui heroicis temporibus fuere celebres, defenderem. Nec non in Macedonia reginam Olympiam, & in Italia matrem Africani Majoris concepisse. DI. Eorum quæ narrasti consona videntur, Phronime, Augustino. PH. Enimverò nõ solum cõcubitu allicie bat fœminas, sed masculam attentabat Venerem, unde facilè posset in animum incidere obscœnos puerorum amores exemplo Dæmonum tentatos ab iis, qui sese florem eorum carpere dicerent, & ex Asia primum duxisse originem, atq; inde in Græciam & Italiam, & ad Celtas usq; parvo temporis spatio perductos. Nam raptus Ganimedis in Troia nulli dubium apud gentes antiquissimum existimatum. Sodomæ & Gomorræ reliquarumq; trium urbium Asiaticarum incendiũ, non solum apud nostros, sed apud gentes notissimum. Orpheus ex Asia in Thraciam, Græciamq; profectus, ut Deorum multorũ cultus, ita execrandi illius vitii fuit autor primus apud Thraces, sive ut alii malunt Thamyras prior existimatus. In Græcia olim tàm notũ, ut concessum crederetur ab improbis: apud Celtas olim omni carere vitio Aristotele autore putabatur. Sed ut beneficio Christianæ legis ea in ora creditur extinctũ, ita maximè apud Persas viguit & antiquos celere, Christianæ legis absentia, quâ, quid in moribus

sanctum,

ſanctum, quid profanũ ſit, quid omninò ſceleſtũ, interno ſcimus. Itaq́ non tam malignus Dæmon, ut oblectaret mulieres in libidinẽ pronas, natura illas ad conceptum ſtimulante, ſed contra naturam excogitavit ſpurcam tetramq́ libidinem, & præmia iis, qui illam paterentur, pollicebatur. Alius ævum perpetuum, ut Ganymedi, quem non minus impiè quàm impudenter vana vetuſtas retulit in cœlum: aliis divinationem, ut Branchо paſtori, cui fabulabantur ab Apolline inſpiratum vaticinium. AP. Ne quaſo referas plura mihi, ſanè ut nota, ſic miror, quod ſeculorum decurſu continuò non evenerint, & quid ab heroicis temporibus ad Scipionem ubi ventum fuerit, cani poteſt receptui. DI. Dic meliora, omni tempori, omni ætati quæpiam contingere. AP. Cur ignorantur. DI. Sciuntur plæraq́, non omnia AP. Cur non celebrentur, duplex ratio mihi ſuccurrit: Altera quod ejecto à mundi principatu, per Chriſti & ſanguinem & mortẽ maligno dæmone, nõ ita frequenter, & in propatulo turbis illudit. Nam ſub ſpecie Divinitatis colebatur olim, nũc ut deſertor, ut transfuga deſertis, & abſconditis diverſatur in locis. Altera, quod omni hominũ generi tendebat ſua amoris retia. Nunc duobus tantum generibus hominum maximè ſatagit Venereis inſidiari, optimo & peſſimo. optimũ voco, qui ſeſe DEO totis virib dederunt, calcatis & contẽtis illecebris, & omnib. voluptatibus, etiam honeſtis, hos impedit frequenter

Nõ omnia cõſignata in hiſtoriis

Cauſæ duę cur hodie minus colatur Dæmon.

Diabolus duob. generib. hominum inſidiatur optimo & peſſimo.

ter, sed in occulto cum hæc fiant, non produnt̃ nisi quandoqúe ad aliorum salutem & exemplum. Pessimum appello hoc genus, quo de loquimur, Strigum: nosti autem extorqueri ab eis suos amores & minis & tormentis oportere. Neq; enim de eis nisi inter consectaneos liberè loquuntur. AP. Ergò sanctis hominibus, atq; iis præcipuè, qui se se devoverint DEO, tendit amoris insidias. DI. Si eorum mores & gesta mandata literis novisses, nihil ambigeres Prodit Sul-

Martinus. pitius Severus, Martino illi sanctissimo illudere tentavisse Dæmona, sub Jovis, Mercurii, Palladis, Veneris persona. Num existimas eum cum mentiretur Jovem, regna pollicitum? Cum Mercurii, Eloquentiam, omnesq; artes ingenuas: Cum Pallada, sapientiam & bellicam disciplinam, cui nuncium jam ipse remiserat. Sub Veneris imagine quidnam delitiarum spospondisse conjectaris? qua cerussa, quo purpurisso genas pinxerit & labra. Num vestem versicolorem, ludibundos oculos & illecebrosa verba pu-

Antonius. tas prætendisse? Antonium quibus modis tentaverit Dæmon, rescias ab Athanasio, qui ejus

Fr̃ciscus. gesta & mores literarum reddidit monimentis, Francisco verò quantum injecerit caloris, testes habeantur nives, in quas, ut extingerentur incendia, ipse se se injecit? Quantum mol-

Benedict⁹. litiei præsentarit Benedicto, spinæ te doceant, quibus in remedium pestis propriam cutem sciens volensq; curavit discrutiandam: non desinit

etiam

etiam si quam oblatam respicit occasionem, aliquos etiam ex plebe hominum in amorem concubitumq; manifestum pellicere. PH. Novi hominem assuetum pedestri militiæ, qui mihi nō semel asseruit, se concubuisse cum Dæmone, quem existimabat carneam mulierem, atq; ita rem peractam Vir nulla fretus astutia narrabat. In Hetruria cum esset, & Pisas ex negotio peteret, profectus ab oppido quodam Pisani, ubi, quam haberet pecuniam, alea ludo perdidisset, iter agens, calumnias jaciebat in Superos. Offerū- Historia
tur illi mercatores in equis duo, quorum alteri mulier equitis clunib. insideret: ius præcelerit ate viā morantibus, visa est desilire, quā manu apprehensam invitavit ad contubernium, ubi Pisas applicuissent, inter eundū libidine accēsus, ejus noticiā habuit. Peracto negocio lipothymia correptus, sex horis in campo jacuit semimortuus, a sociis qui eodē itinere, sed longò post gradiebantur perlatus ad urbem: sex mensibus æger fuit, pilis omnibus amissis, caligas ambūstas non secus ac exustas igne superficie tenus asserebat. Recordatumq; se postea, sollicitatum ab ea, ne manu hastam teneret, cui ferrum insertum erat, in modum crucis, pollicitamq; se illi daturam pulchriorem. AP. De coitu satis mihi jam fit, eum ab ipsis antiquitatis primordiis procuravisse Dæmonem. PH. Omne commercium non lecti solum, tamquam rete prætendere consuevisse illum non ignores velim, atq; ut à bello Troiano

Draco.

repetam quid sibi putas voluisse Draconẽ illum cicurem, porrectum in septem cubitos, qui cum Ajace Locrensi biberet, vias illi præiret, & veluti canis obversaretur? Quid pennæ Dædali, quid alæ Pegasi, & cætera fabularum monstra annumerata? Quid Philosophorum tam multa prodigia? Cur Pythagoras tàm citò itq; reditq; viam, quæ est ab Italia in insulam Siciliam? Cur Empedocles instar avis egit aërea itinera? Cur Abbaris sagitta usus Appollinea, ab Hyperboreis tanta ferè celeritate, quàm Boreas indidem profectus Pythagoram invisit. Quid vox illa Socratem avertens, non impellens? Quid Plotini familiaris genius? Quid anser Lacydi Philosopho contubernalis? Quanquam ut pauci sunt comparatione reliquorum hominum Philosophi, ita & plures & frequentius in libidinem pellebat, quam ad vanam gloriam concitabat, nec exterius tantummodò, sed sepenumero sollicitabat interius. Quod si parum putaveris referre, interiorem sensum, an oculos Dæmon sub Veneris spectro petulanter incessiverit, Hieronymum scisciture, qui quid magni illi viri, quorum vitas & acta mandavit literis, perpessi sunt, te syncerè docturus est, nec non quam ipse pertulerit posterorum memoriæ concredidit palàm faciens, in carne verè mortua, sola libidinum incendia bulliisse. AP Ergò verius etiam tentavit Hieronymo congredi? PH. A Severo quidem Veneris exprimitur nomen, & sub persona Ve-

neris

neris Martino præsentias insidias perspectum est, sed retexerit sese Hieronymo, an interius quicquam molita sit exactè non novimus. Te verò latuisse non puto Venerem à vetustissimis gentium autoribus dici solitam, & interius & exterius illabi: oculis cum se facit præsentem, ejus deprehendendæ facilis via At cum potestati sese insinuat imaginariæ, sensumque ciet, non omnium est novisse arcanas insidias. Sic videas in Orphicis hymnis appellatam Venerem & visibilem et invisibilẽ: Itemque, qui ab eo proficiscerentur, amores dicti, sagittis intellectibilibus vulnerare animas, unde in altero eorum hymno canit Orpheus, & apparere, & non apparere per illa verba: Φαινομένη ἀφανής τε, in altero: ὧν οἱ μὲν νοεροῖσιν ὀιστεύσι βελέμνοις ψυχὰς, ut intellectibilibus sagittis petit animas ostenderet Procli & Platonici. In hymno ad Lyciam Venerem illud est carmen σύμβολ. ἔχων νοερὸν γάμον νοερῶν ὑμεναίων. ut indicentur intellectiles nuptiæ. AP. At DEUM illum fuisse censuit Apulejus, qui Socrati obversabatur, non Dæmonem. PH. At Plutarchus et Maximus Tyrius appellat Dæmonem de quo alter uno, alter duobus libellis differuit. Sed cur alius Dæmon Platonis, Zenonis vel Diogenis patrocinium dicitur suscepisse? Cur alius obversatus est Plotino? Nempe ut falleret

Venus illa bitur foris & intus.

Socrati nõ Dæmon sed Dẽus affuit.

neq.

Somniade Dæmonũ variis Studiis.

neq; enim audiendi, qui varias Dæmonum prædicavêre naturas, ut alios urbanis rebus delectari censeant, rusticis alii, nec non terrestres nonnulli, quidã verò maritimi habeantur. Gentium desipientium isthæc sunt somnia, iis planè cognata quibus alios exercere medicinam, alios curare rẽ nauticã, præesse alios divinationi, aliis jura placere, alios arma versare nugabantur. Sic Aesculapium & Podalyrium immittere somnia salubria. Sic Dioscuros marinis tempestatibus præesse fabulati. Sic Rhesum Achillem, & ante Troiana tempora Theseum bellicis post amissam vitam functos negociis: sed illi clàm, hic aperto campo. Tulit enim fama contra Medos in Marathone simulachrum Thesei pro Atheniensib. decertavisse, quod & Plutarchus mandavit memoriæ posteritatis. Putabant enim Dæmonas nihil aliud esse, quàm animos nudatos corpore, propterea q; mederi Aesculapium, judicare Minoëm & Rhadamantum, Dioscuros arcere tempestates, Amphilochum, Mopsum, Orphea, Trophonium vaticinari, Rhesum & Achilem & Theseum bellica tractare negocia. Iis omnibus autor erat Dæmon, ut crederentur, qui magis illicerentur homines, & vana imbuti specie sibi tanquam heroum manibus facerent sacra, à qua superstitione nec Platonem, nec Aristotelem abhorruisse, perspectum est, dum maximis publicis rebus jura præscribunt, disserentes de civium & institutis & artibus, quin & nostris quoq; temporibus gestatos in phialis & an-

Dæmon quid.

nulis Dæmonas, planè receptum est: Et ex ventre & coxa tanquam Pytheo spiritu data responsa, ut agnoscamus variis temporibus varias fallendi vias humani generis hostem sub specie familiaritatis excogitasse. AP. Ita prorsus existimo, sed ludum adhuc non cognosco. DI. Paulatim in nostram sententiam traheris. AP. Non vi equidem, sed rationibus & testimoniis ducor. DI. Eodem te jurejurando adactam scias ô Strix: Igneq; hoc potenti, nobisq; vigili, mox æterno nostris ab oculis remoto plectendam, nisi vera de ludo prodideris. ST. Scio utiq;. DI. Comeditis eo in ludo, bibitisq; ? Nam de concubitu jam transactum est. ST. Ut me ad incasa cum marito & liberis. PH. Pridiè tibi in exemplum proposueram mensam Solis apud Herodotum, & Solinum & Pomponium celebrem. Pauperes enim & Vulgus præter spem concubitus, gulæ plurimum elicit oblectamentis. Quid enim carnes illæ appositæ in ea, quæ dicebatur Solis mensa? Cujus meminit apud Paulinum Hieronymus, tanquam rei celebri fama pervulgatæ: Sed quid fuerit non explicat, an eas cum ex terra promi Herodotus diceret. Mela verò Pomponius & C. Solinus cum scribant præberi divinitus, Dæmonum fuisse illecebras, illudendo gustui vilis plebeculæ, quis non advertat? Sed enim dum ab Herodoto dissentiat Solinus, & ab hoc Mela, num variè traditam superstitionem agnoscimus, quandoquidem ille in suburbano prato à

Mensa Solis.

magistratibus apponi nocte carnes, quæ comedantur die, memoriæ prodit, à terra tamen præberi illas, indigenarum voce perhiberi. Solinus autem in loco noxiorum esse mensam illam narrat, opiparis epulis semper refertam, quibus indiscretè vescantur omnes, & divinitus ferantur augeri. At Pomponius ubi nam sit in suburbione an in carcere, nec verbum quidem, nisi quod affirmari dicit, epulas nasci subinde divinitus, & quanquam inter se non conveniunt, numeris omnibus, hoc tamen illis commune, & incontroversum mirabili modo præberi soli convivium, quæres congruit huïc Diana convivio sororis, ut perhibebant, Phœbi, qui & Sol nuncupatur. Eo ne etiam putaverimus pertinere, quod Mela quoq; Pomponius in orbis terrarum descriptione retulit: locum esse ubi crebrò noctu micent ignes, & ostentantur veluti castra latè jacentia, crepent cymbala, & tympana: audianturq; tybiæ, sonantes magis humanis? Convivij spectem, magica etiam Ulyssea præ se ferebant fuso per circuitum sanguine, ad quem sese Dæmones sub diversis simulachris recipiebant. Quo more Ulyssis animam ab Homero allicitam vinitor ille, qui cum Protesilai, & aliorum heroum umbris diversari dicebatur, apud Philostratum retulit. Sanguinem nunc nostra Striges tempestatis hauriunt: quod à pueris, sed magna ex parte conficiendo profano illo scelestoq; unguento in vasis adservant: & hæc de convivio quanquã videri

Vlyssea magica convivia.

videri possent satis, tamen addam Achillis mensam. AP. Quid hoc erit? PH. Nihil fingo, percunctare Maximũ Tyriũ, quod si feceris, refert, imò suis chartis aliquot secula, id est, ante mille annos exaratis relatum ostendet, sua tempestate mensam Achillis natam fuisse ei simillimam cui dicunt se Striges accubasse. AP. Fidem habeo tuis verbis. PH. Ni habeas liber est apud me ipsius autoris, & græcus, & donatus latio: in quo scribitur in Euxini maris insulà templum Achillis esse, in qua sæpenumero spectatus, etiam ad convivium adhibuerit homines, illuc profectos: Ibique Potroclum, Thetidem, alios que Dæmones, atque ut ille suis verbis δαιμόνων χόρον: ut omittam, quod in Ilio videri Hectora scripserit consuêsse, & à se Dioscuros conspectos periclitanti navi tulisse opem. Nam isthæc non pertinent ad convivium Lemurum. AP. Non aliena videntur à Nerëi Oceanique convivio, quorum diversi Poeta meminêre. PH. Ut Christi convivium super ejus mensam in regno ipsius paratum eriperet hominibus Dæmon, isthæc excogitavit mortifera convivia. Sed ego non tibi convivium nunc à Poëtis ullis decantatum referam, sed afferam, quæ mihi ante paucos annos narrata fuêre magni viri præstantissima dignitate & potestate amplissimisque divitiis præditi locupletissimo testimonio. Duodecim circiter abhinc annis, Sacerdos quidam Rhetiis in Alpibus, dum salutaris hostiæ viaticum præbitu-

Mensa Achillis.

Nerëi & Oceani, conviviũ.

Historia.

rus esset agrotanti viro, isq; cum longius abes-
set, quam ut pedes illuc & citò & facilè per ve-
nire posset, conscenso equo, & lignea de collo su-
spensa pyxide, in qua sacra erat hostia futura
viaticum morituro, capessit iter, quo in itine-
re fit illi obviam, qui ipsum ad rem mirabilem
contuendam invitet, assentitur imprudens,
atque ubi descendit equo, sese actutum per a-
ëra ferri ipso cum socio, & contuetur, & sen-
tit parvo temporis spacio: collocantur ambo in
altissimo quodam montis cacumine, ubi lata
quadam pratorum superficies procerissimis ar-
boribus cincta, & rupibus clausa minacibus. In
medio chorea, & omnivariam ludi spectaban-
tur, parata epulæ, cantus, ludicra, spectacula,
& quidquid ad oblectandos mortalium ani-
mos fieri consuevit in terris. Miratus Sacer-
dos & præstupore vix hiscere ausus, rogatur
ab itineris aërei comite: Num & ipse adorare
dominam vellet, atq; ei (de more) munus of-
ferre, erat enim pulcherrima regina cujus-
dam species aureo in throno collocata, ad quam
& salutandam, & cum muneribus adorandam
pergebant omnes, bini, quaterni, ordine vario.
Ille Dominam memorari audiens, tantoq; splen-
dore & tot ministris instructam oculis conspica-
tus, autumavit esse Mariam virginem, Chri-
sti matrem: Nempe qui præstigia non nosset,
nec, ut illo pergeret, ullam, quantum ipse sci-
ret, superstitionem admisisset, itaq; existimans,

matri

matri munus ullum gratius esse non posse, quàm unigeniti filii consecratum corpus, ad thronum accedit adorabundus, ipsisq; advolutus genibus pyxidem, quæ de collo pendebat manibus acceptam collocat in gremio, statimq; & thronus & imago, quæ in ea erat, evanuit, discessit ex oculis multitudo ludentium, & parata convivia nusquam vel minimum comparuêre. Atque ipse Comes, cujus ductu illa ipsa conspexerat, nec inventus est usquam, nec repertus. Re agnita conversis ad DEUM precibus orat, ne desertis in locis deseratur: subinde cum nullum ibi aut hominum, aut ferarum vestigium deprehendit, quo se animus inclinaret, pergere decernit: Atque ita per confragosas rupes iter parat, quo rescire queat, ubi nam gentium sit constitutus. Multo exacto spacio cognoscit ex pastore quodam, se ab eo, quo iter instituerat loco, centum propè millibus passuum distare. Reversus domum, Cæsaris Maximiliani convenit magistratum, eiq; rem pandit ex ordine, quam ipse tibi narravi gestam. Fieri illa à Dæmone potuisse, tibi Theologorum consensus aperiat, asseverantium, parere ad nutum separatis à materia substantiis corpoream naturam, quantum attinet ad motum, quo res ipsa ex quopiam loco transfertur in alium, exempla plurima corporum humanorum vectorum per aërem, tàm ex monumentis doctorum hominum, quàm suorum oculorum testimonio, &

Naturæ paret Dæmonibus ad nutum.

Henricus & Iacobus Germani Theologi referre poſſunt ſuo in malleo, quorum futurus es compos, ſi malleo ipſo uti adverſus repugnantes volueris. AP. Rem miram meis auribus hauſi, cui nec nocturnæ tenebræ poſſunt offundere caliginem, nec obiici ſomnia, nec vis ulla tentatæ quæſtionis, cujus pavore, quæ nunquam fecerit, ſit confeſſa. Verum enimverò quærendum mihi dum tax at illud eſt reliquum hac in re, cur ad ſacratæ contactum hoſtiæ cuncta penitus evanida ſint, cum non ſolum non vereantur, contactum ejus Dæmones, ſed proiici & proculcari dum ſit ipſe ludus, earum plurimus mandet procuretqúe Dl. Mirum tibi non debet videri, quandoquidem etſi ad ſignum crucis tremefactos novimus Dæmones, quandoque tamen in effigiem Chriſti ſeſe inſinuat, ut deludant, ſi Martini, ſi Franciſci, aliorum complurium ex noſtris cælitibus geſta legiſſes, nulla te tenuiſſet admiratio. Adde, quod ipſe quoqúe Chriſtus dum incarne viveret fugator Dæmonum, permiſit ſe à Dæmone tentari, & hinc ſuper pinnaculo templi, inde ſuper montis vertice conſtitui. Sic Apud Matthæum ἀνήχθη extat quod ſublatus poteſt verti. Deinde παραλαμβάνει verbum, quo ſignificatur aſſumere, & ἔστησεν, id eſt conſtituit, hæc quid ſit actum planè declarant. Demum permiſit ſe à Diaboli miniſtris crucifigi: præterea ſupponis, narratum à Strigibus Dæmonem proculcaſſe

Dæmones fugiunt myſterium cænæ Dominicæ.

cassè sacras hostias, non ita se habet res, hominum id malitia peragit, quam procurant Dæmones: Non committunt ipsi. Caterum Sacerdotis simplicitas quanquam imprudens, & inprimis vis fidei fuit in causa, ut non solum suam in perniciem non deluderetur, sed & commone facere posset alios, & rem, quæ controversa videbatur, aperire, id est corpore non imaginatione tantummodò ludum de quo agimus fieri posse. Demum divina providentiæ nunquā satis laudata potestas id permittit quandoq; fieri, quandoque prohibet. Cur diversè fiat justa in universum causa, potest semper assignari, per partes semper non potest explicari tam est hebes ad perscrutanda divina secreta humanæ acies mentis. AP. *Quadrant hæc animo meo plurimum.* PH. *Si quid restat à Dicasto quærendum, ne sinas teri frustra tempus, & habeto solis jam in occasum vergentis rationem, vereariscùe ne clausis oppidi portis pernoctari hîc nos oporteat, ubi nec stratum, nec quicquid ad arcendam hyberna noctis injuriam commodum est, habebimus, in hoc cœnobio vixdum extrui cœpto.* AP. *Nihil ferè videtur, nisi de veneficiis percunctandum.* DI *Quidnam?* AP. *Rene ipsa patrentur, an animo tantummodò videantur. Nam cur* DEVS *fieri illa quandoque permittat, si fiant, interdumque prohibeat: vis providentiæ divinæ semper justæ, semper non cognitæ satis patefi-*

cit.

cit. PH. An memores & Luciani Samosateni, & Lucii Madaurensis? AP. Utiq;. Nam legi quandoq; & te ea de re dissentem nudius tertius audivi, sed ficta puto, non facta: quæ in græco illo & latino in asino contineantur. PH. Ut multa non dubito ficta etiam plurima, etiamsi malis omnia, sic non de nihilo ficta contendo. Nam apud Varronem quoque & Diomedis avium, & bestiarum Circes, & Areadicorum luporum transformationes narratas, non usque quaque sumsisse de nihilo occasionem existimavit noster Augustinus: Qui etiam sua tempestate in Italia fieri solere narravit, octavo decimo de Civit. DEi lib. plurima, quæ similia essent iis, quæ Apuleius aut indicavit, aut finxit: Id tamen asseverans Damones naturæ potestate nihil efficere, quid non permiserit Deus omnipotens, cujus judicia occulta sunt multa, injusta nulla. Quare si quicquam faciũt Damones, ejusmodi commutare specie tenus dicuntur, quæ ab uno & verò DEO creata sunt, ut ipsa comutatione videantur esse, quod non sunt, refertq; omnia, aut in spiritum imaginarium, aut in Damonem aliud pro alio supponentem. Sic quidam existimat, imaginarium Spiritum hominis veluti corporatum in effigie animalis alicujus apparere sensibus alienis, talemq; etiam sibi hominem videri, atq; hoc modo existimat asinorum illorum gesta & acta præstantis in caballi specie portantis onera, & disputationem

Lucianica ficta sint vel vera.

ſputationem Philoſophi differentis Platonica ſine corpore, & luporum Arcadum verſipelle negotium, & Circes carmina ſocios Ulyſſis trãsformantia ipſo Spiritui imaginariâ deberi acceptà referri. Cervam verò pro Iphigeniâ, & aves pro ſociis Diomedis à Dæmone fuiſſe ſuppoſitas. DI. Ritè Phronimus ex Auguſtino retulit, & quàm breviſſimè, nec minus ut arbitror verè. Nam plenâ Theologorum conſenſione reſcitum eſt, ſenſum hominis, imaginariumq; ſpiritum ſubeſſe Dæmonica poteſtati ſuapte naturâ quæ inferior eſt, quàm ſeparatâ, & ab omni corporea mole ſejuncta ſubſtantia. Proditum quoque hiſtoriis, quibus geſta narrantur eorum, qui ſibi præſtituerunt degendam vitam per vaſtas Eremos, deſertaq; tesqua, veneficiis effectum, ut quæ mulier eſſet, equa videretur, idq; præſtigium ſanctiſſimi viri Macharii precibus & oratione ſublatum. Commovere poterat interiorem ſenſum malignus dæmon multis, quibus id propterea videbatur diſſultante in interiorem ſenſum imagine, quam illa ipſa ludificatio contigerat, commoveri non potuit Machario divina ope præcipuè fulto. Sic ejus viri qui videbatur aſinus in Salamina Cypri obductum ſimulachrum, aliorum perſtringebat obtutus, præterquam magæ illius mulieris, cujus pharmaca ſibi perturbari animum ſenſerat, & circumdari ſpeciem bruti, trienniogq; portandis lignis jumenti vice ſubjacuit, Genuenſium mercatorum

adjutus

adjutus prudentia: Qui cum animadvertis-
sent, eum ad adis sacræ postes adorabundum
prosterni, bestiam non esse rati, & ipsum libera-
ri maleficio, & veneficam pœnas luere cura ve-
runt. Possunt sanè multa confingi, multa vi-
deri setus, ac sint Dæmonum præstigia sed ma-
nente & anima & corpore eodem in homine
queunt multa vexari. Cæterum deludi con-
tingit oculos spectatorum, & perturbari mentis
aciem commota imaginaria potestate: sed &
corpus quoque per varia ut diximus, potest per-
ferri loca, quo fit, ut qui hæc seorsum non susce-
perint exanimanda, facilè decipiantur, dum li-
terarios contextus ritè non animadvertunt nec
dijudicant, quantum intersit inter id quod
creator, & id quod è rerum aliqua natura pro-
mitur, quod ex integro sit, quid ex parte, quod
verum sit, quod simile vero, quid suam quid a-
lienam, præ se ferat imaginem, nec vim univer-
sæ naturæ, nec Dæmonum potestatem justâ librâ
perpendunt, nec postremò considerant judicia
Dei sæpe occultissima, semper verò justissima.
PH. Sed jam Dicaste crepusculum noctis appetit,
suadetq; nos redire domum, nam si hæc tibi, Api-
sti, disputatio satis non est, quid futurum sit sa-
tis planè non video, quandoquidem deprehen-
dere potuisti ludum hunc & ex antiquitate &
ex nostræ tempestatis actis non inanem fabulam
esse, substantia vetustissimum, conditionibus
plerisq; recentiorem, Dæmonis arbitrio subindo
mutatum,

Qui ad pauca respiciunt facilè falluntur.

Summa Dialogorum trium repetita,

mutatum, mutandumq; fortassis, tanta est antiquus usor hominum subtilitate fallendi: ostendit tibi Circos, unguina, magica verba per tractus aëris, itinera, demonum concubitus, ut in nostris ita in heroïcis temporibus inveniri: Malignosq; Dæmones à prima antiquitate calumnias in humanum genus excogitasse, delusisse responsis, familiaritate decepisse, simulachris & imaginibus variis omni ætati & sexui illudere tentavisse: Mentitos esse divinitatem, præbuisse mortalibus noxia convivia, eosq; instar alati jumenti gestasse, & concubitus illorum scelestissimos appetivisse. Sed quoniam animo te video profectum peregrè ad diversas Italiæ & Siciliæ oras, trans mare Jonium, trans Euxinum, teq; ipse meis verbis in Africam jam, in Asiam ad Hyperboreos, & quo non duxi, Nunquam ne tibi mecum ad domum dabitur reditus? AP. Dabitur? satis enim mihi factum. DI. Assentiris ne? AP. Assentior. DI. Vere an joco? AP. Jocum me putas id censere, in quo omnis antiquitas, omnis posteritas convenit, ad quod Poëtæ, Rhetores, historiarum scriptores, legum positores, Physici, Theologi, prudentes viri, milites, rustici, allatis etiam experimentis collineãt, etiamsi quidã refragentur, qui habentur apud seipsos tantummodò sapientes. DI Itaq; mutasti sentẽtiã? AP. Procul omni dubio, & quoniã alieno sum habitu mentis, alieno posthac appellari nomine cupio. DI. Ut lubet, & Pistic⁹ dicêris in posterũ. AP. Perplacet. PH.

Ergò si

Ergò si nihil prorsus tibi reliquum est, qu
discuti cupias, secedamus, & cum bona
Quæsitoris venia revertamur
in oppidum.

ADCL